kat.komp.
CIMELIA
Qu 4401

4401
CIMELIA

# Elucidarius errorum ritus Ruthenici.



Cim. Qu. 4401

**Celebri ac Reuerendo in Christo patri ⁊ domino do mino Alberto dei gratia Epiſcopo Vilneñ. Patri ſumma veneratione digue colendo Joannes Sacra- nus indignus ſacre Theo logie magiſter Cracouieñ. Eccleſie Canonicus debitã**
Obedientiam. Preſul inclite et deo di-
cate Antiſtes. qui in Lithuania Vil-
neñ. ſedi vigilãtiſſime preſidens. tumul
tuante turba Ruthenorũ. tue Roma-
neqꝫ eccleſie inſenſiſſimorum hoſtium
circũſeptus. velud agnus inter rapaceſ
lupos. a viris doctis ſalutare ſemꝑ pre
ſidiũ queris et expectas. Qui de me hu
mili preſbitero vir extremis digitis ſcri
pturarum profunda contingẽte apud
te dignũ reponens arbitrium hortatuſ
es me. tũ precipue cũ Orator nomine
Clariſſimi domini Joãnis Alberti Po
lonie regis miſſus has tuas ĩ oras me
conferrem. vt in ſcripturis Canonicis
et ſacre Theologie Magiſtrorum de-
terminationibus requirerem quid de
abuſu ritus Ruthenorum et eorum er
roribus iure foret ſenciendum. quorun
dam audacia prouocatus. qui (abſ tua
exempti obedientia) liberali voce in ꝑ-
patulo concionantes. in vrbe et loco ſe
dis tue Catholicarum et Ruthenici
ritus plebium aſtante corona Ritum
et Sacramenta eorum eſſe vera atqꝫ le-
gittima aſſeuerare auſi eſſent in confir
mationem immo verius pertinacẽ ob
ſtinationem eorum in errore et deteſta
tionem ritus ſancte Romane Eccleſie
ſcandalum deniqꝫ iacturamqꝫ cõmunẽ
fidei orthodoxe. Reuera diue pontifex
graue et humeris meis onus gerendũ
impar iniecisti. ſub quo non ingemiſcẽ
dum modo ſed ſuccumbendum mihi
prorſus reſtat. maxime ſi in re vix dubi
tabili contrariam precipitare Senten-
tiam reprobareqꝫ dicta ſaniora docto-
rum auſim. Nam iners et elinguis ab
Eccliaſtico eiuſdẽ. xxxij. diſ. ĩ medio ma
gnatum loqui prohibeor. Ridiculũqꝫ
eſt. ac dedecus ſatis abhominabile di-
ſtinctione. xij. c. Ridiculum. traditio-
nes patrum temerare velle. et termini
vetantur tranſgredi quos maiores po
ſuere Prouer. duodecimo Capitulo Et
idcirco merito mihi deliberandum re-
ſtaret. tue ne voluntati concupite. an ꝓ
hibenti neceſſitati parendum foret vex
cum te amore ſummo coluerim ſemper
fuerimqꝫ proſecutus obſeruantia plu-
rima ab annis priſtine adoleſcentulis
etatis tue. Nunc maxime abs te colla-
tis victus beneficijs amãtiſſimũ plane
tuum erga me animum cõteſtantibus
Imperij ius omne ſemel in me tibi tra-
didi. perſuaſiſſimumqꝫ effeci Adeo me
tuum ſemper eſſe. futurum que in po-
ſterum. vt de me facere tibi conueniat

quicquid collibuerit. ſtimulationi tue mos igitur eſt gerendus et ſuſcipienda obeundaqꝫ patientius. que aduerſum preſumptionem huiuſmodi. cetus virorum doctorum tela contorſerit. ſatis tandem muneris reportabo poſt eaqꝫ reuocaueris in animū quo amore. qua fide. quoue cultu. te venerer. qui tam ꝑpere ſiue quauis aut ĩgenij aut doctrĩe virium penſitatione opus tam arduū voto et eſtimationi tue parens. auſim agredi. Tu quoqꝫ nihilominꝰ iocũda mente ſuſcipe auſculta atqꝫ lege. q̄ ſcripta corrogataqꝫ ex ortodoxis doctorū ſcripturis videris. ſiqꝫ cenſueris equū. atqꝫ opportunū fore duxeris. legenda ĩ palam profer et exhibe. Vale pontificū decus.

## Proteſtatio Catholica

¶ Priuſqꝫ tamen iuſſam materiam agrediar proteſtor me velle nil aſſerere. quod Sacroſancte ſedis Apoſtolice decretis. et obſeruationi Eccleſiaſtice. ac doctorū ſacre pagine determinationē aduerſum foret. contrarium. et ſuſpectū ſi vo quid: errore: caſu: aut lapſu lingue ſeu opinione et eſtimatione minus erudita dicerem. aut ſcriberē. pro nō dicto ſcriptoue habere volo. et ſubmitto me non in hac ſolum materia verum et in omnibus dictis et ſcriptis meis correctioni et eruditioni ſedis Apoſtolice ⁊ Sancte ecclie Romane. cuius ē ſcripta et dicta oĩa approbare. ordinare. diſponere. et regulare. volens pro non dictis habere. ſi que ſuo ĩfallibili iudicio falſa ⁊ erronea ſeu minus bene. et inerudite dicta ex his decerneret.

## Que in hoc libro dicenda reſtant

¶ Dicendū itaqꝫ mihi primum erit de pertinaci contumacia erroribus. et peculiari Sciſmate Ruthenorum. ritum eccleſie Romane blaſphemantiū. poſt hac vero de poteſtate Juriſditione ⁊ auctoritate eorum. ſi quam habere videātur. Ultimo tandem vtrū Sacramēta miniſtrare valeant. aut errent ne circa baptiſmi Sacramentum et ſacram Euchariſtiam. et formā beptiſmi Eccleſie non ſeruantes. et in fermentato conficientes. atqꝫ ibidem monſtrabitur ſintne ſacramenta eoꝝ vera. et an legittima efficaciaqꝫ exiſtan

## ¶ Tractatus Primi Capitulū Primum de pertinaci cōtumacia Ruthenorum

X omni gente chriſtianū ge-
rentes titulū preciſa tamē ab v-
nione eccleſie.in defēſione ſui
erroris ſciſmatici nulla pertinacior in-
uenitur gēte Rutena .a. Adeo nāqꝫ
in ſecta et errore ſuo dura et inflexibilis
gens eſt vt nulli ſcripturarum veritati
nulli eccleſiaſtice determinationi. nulli
doctorum Catholicorū aut conciliorꝫ
Sententie.aſſenſu cedit vnqꝫ. quando
potius viſe et agnite veritati.procbdo
lor pertinaciter contradicit. et doctos
catholicos.etiam ſui ritus viros. refu-
git ſanamqꝫ doctrinam eorum odit ſp
ac diſciplinam ſalutarem exhorret. b.
Et hereticorum valdenſiū more(quorꝫ
temeratiſſima ruſticitas Innocentij ſe
cundi temporibus virus peſtiferū ad
modū in eccleſiam iniecerat. quod nec
dum eſt in bohemia cōſepultum) am-
bitionis faſtu inflati.ſed dūtaxat vos
apoſtolorꝫ ⁊ eccleſie ṗmitiue ſectatores
audent aſtruere.et in eo ꝙ abſciſi ab ec
cleſia vltro diſſident.eius excommuni
cationem contra ſe tanqꝫ Sciſmaticos
eternam reputant bñdictionem. Mlta
contra eccleſie Catholice ritum.ordinē
atqꝫ auctoritatem. blaſphemātes. que
ſequenti capitulo notabuntur. qui tñ
et grecanico ritu in plurimis abutētes
ab eis ſemper et vſqꝫmodo pro here-
ticis eorum habiti ſunt tenti et repu-
tati. Hij chriſtianum ſanguinem nō
minus hoſtibus crucis Chriſti ſiciūt
aſſidue.toto niſu conantes. vt e medio
fideles quoſqꝫ extermīnēt. vt ſic nomen
eccleſiaſtice religionis apud et inter eos
abolitione prorſus interiret. Nec pro
batione aut exēplis externis nobis op⁹
eſt. Miſſo quidem execrabili nulla tñ
obliteratiōe preteribili ſacrilegio.quod
in dominum Iſidorum Kyouienſem
Metropolitam de concilio florentino
miſſum cū collega quodam Epiſcopo
ad ſe veniētes.vt iuxta florentini cōcilij
determinationem cum grecis occiden
tali ſeu eccleſie romane cōcorporarētur
et vnirentur cōmiſerunt oppugnatiōe
rabida conſencientes nequaqꝫ.tum de
crete vnioni recens hoc de anno domi
Milleſimoquingenteſimo facinus ad-
miſſum vniuerſorum obtutibus ante
poſitū innoteſcat c. Diuus ac Religio
ſiſſimus princeps dominus Alexāder
magnus Lithuanie dux modernus ig
nitus Catholice fidei amore zelotipo
inſtar Witoldi incliti aui ſui qui prima
fidei eccleſie fundamenta in Lithuania
iecerat.ſecum deliberans.quēadmodū
i ampliſſimo ducatu ſuo honeſta qua-
piam ratione ad vnitatem Eccleſie di-
tionis ſue Rutenos reduceret. Dū ita
qꝫ pia benigna ac paterna adhortatiōe
adoriendos ſtatueret. Ipſiqꝫ preſentu-
rent propoſitum deuotionis ſue.in ei⁹
cunctorumqꝫ ſibi ſubiectorum fideliū
perniciem et exterminū.rabido furore
coniurati duces et certi primores eorꝫ.
d. ad magnū Moſkouitarum ducē
ſciſmatis et eorum ſecte tutorem eueſti
gio defecerunt. Cuius quidem filiam in-
fectam paterno contagio. Idem deo de
uotus et innocētiſſimus ṗnceps ſuorꝫ
optimatum et armigerorum ſuaſu ⁊ in

ſtantia coactus.pacis et affuture amici
tie fiducia paulo ante thoro matrimo-
nialiter ſibi conſtituit. Sane prefatus
dux Moſcouitarum ad iniuriam ſibi
referēs Religioſiſſimi principis huiuſ
modi propoſitum.gaudens hac occa
ſione ſibi(longe ante preconceptam)ꝓ-
hitam licentiam.ad inuadenda detur-
bandaq̄ȝ ac populanda ei⁹ dominia.et
ad pacem vnionē̄qȝ chriſtifideliū con
tiulnerandā.mox neruis Thartaricaꝝ
gentium vicinarum obfirmatus. e.
Socer genero patentibus indictis in-
ſidijs.non ante cruentum plene ſagina
uit affectum donec ī numera milia chri
ſtianoꝝ. iā per ſuos et Lithuano dn̄o
Jam per ſubinductos Thartaros ex
dominijs Sereniſſimi chriſtianiſſimi
qȝ domini Joannis Alberti Polonie
regis imperpetuam atqȝ infamem ſer-
uitutē abigeret.hec em̄ ſciſmatis huiuſ
Rutenici vna eadē̄qȝ eſt voluntaſ oim
vt aduerſus Romanā eccleſiam et eiuſ
ritum odio fremant.inſectenturqȝ eam
maledietis ſuis.et fideles de obediētia
eius fide bōis gloria vitaqȝ nudare. ac
priuare moliuntur ſemper. nec mirum
Nam cum non ſint de vnitate et ſocie-
tate eccl'ie.et ꝑ ꝯn̄s nec de regno chriſti
aliud agē nequeūt. niſi vt ad inuētioni-
bus varijs moleſtent chriſti fideles.et
perſequantur plaſphementqȝ ſanctam
matrem eccleſiam .f. Nō habentes
illud in proſpectu quod ſcribit Miero-
nimus ſuper Epiſtola ad Titum.3. et
habetur.xxiiij.q.iij.c.Si igitur. quomō
Michael archangelus non fuit auſus
diabolo certe maledictiōis digniſſimo
iudiciū inferre blaſphemie.diſputans
de corꝑe Moyſi. vt in ep'la Jude ap'li
ſcribit̄.ſed dixit. īparet tibi de⁹. Si igit̄
Michael non fuit auſus iudicium blaſ
phemie inferre diabolo.per cuius os.
maledictū blaſphemie ipſius exire non
debuit.quomodo iṗi Ruteni blaſphe
mare audent ſeruos chriſti et eccleſiam
ſuam catholicam que vnica eſt ⁊ ī duo
vel plura diuidi nō poteſt.que corpus
chriſti eſt qui vnus et indiuiſus eſt. vt
habet̄.xxiiij.q.i.c.Didicimus.c.Sciſma
et ſuper vnam petrā edificata eſt. vt ha
betur.24.q.i.c.Loquitur domin⁹. Cū
et apoſtolus.cuius fingunt ſe. imitato
res fieri.ad Titū tertio dicat admoue
ad omne opus bonū paratos eſſe .g
Neminē blaſphemare. Et quia dicit
neminem ergo non tantum hominem
ſȝ nullā creaturā dei. vt exponit Miero
nimus ibidem et perconſequens non
eccleſiam Catholicam.in qua ſola eſt
chriſti regnum. Nam dicit beatus Au
guſtinus ſuper Joannem q̄ ſoli fideleſ
chriſtiani .h ſunt regnum chriſti.qđ
nō colligitur ſed emit̄ ſanguine chriſti
Et in alio loco ibidem. Quid eſt regnū
chriſti niſi credentes.quod demōſtrat
etiam Auguſtinus in omelia zizanioꝝ
vbi dicit .i. hi quos ſciſmaticos cō-
munionis direpta ſocietas facit ſpicis
corruptis ꝯparant̄ vel paleis ariſtarū
fractis.et ereptis de ſegete.que nō ſimł
cum frumento intrant ī promptuaria
domiuorum.Et cōtra ibidem Grego
gorius dicit eos eſſe Zizania nec ī vna

cõcludi Sagena eccleſie in qua regnat Chriſtus et non obſtante ꝙ ex eodem ſemine euangelij et nomine Chriſti p̄creati ſunt. Non habēt tñ fidei aut eccleſie niſi ſoliꝰ chriſtiani nois ſocietatē quãobrē hoſtes vnionis facti. pacis ⁊ veritatiſ. ac ī diuerſoꝝ erroꝝ ꝑcipitium lapſi. cõmētis varijs q̄ mõſtruoſa ⁊ peſtifera hereticoꝝ ingenia ab initio conflauerunt. ſtatū auctoritatē ritūqꝫ ſctē matris ecclie deprauare nõ formidãt et que qualia ve vomãt audiamus

## ¶ Caplm ſcōm de articuliſ erroneis Rutenorum qui ī hoc capitulo demōſtrātur eſſe quadraginta. Quāuis multo plures ſint quos inſerere tedioſum fuit l

n Egant Ruteni ſctm̄ Petruz vez papā et verū Romane ſedis antiſtitē et ecclie militātiſ caput vnicū fuiſſe nec accepiſſe plenitudinē auctoritatis a chriſto qd̄ et de quolibet Romano pōtifice ſucceſſore eius tenēt et cōmunē eū cū alijs pontificibus eſſe dicūt

### Secundus .III.

¶ Negāt eccleſiā romanam Caput eſſe eccleſiaꝝ oīm principē Rectricē et magiſtrā ſcdꝫ qd̄ ſcribit. diſ. xxij. c. ſacroſctā

### Tertius

¶ Dicūt oēs obediētes Romane eccleſie veros chriſtianos nō eſſe neqꝫ ſaluādos. eo ꝙ ab eccleſia ꝑmitiua diſcrepēt Se vo ſolos eſſe veros chriſtianos aſſeuerāt ſectatores chriſti et apoſtoloꝝ et ſic eſſe de numero ſaluādoꝝ. Immo dn̄m papā cū ecclia romana dicūt hereticū eē de hereſi arriana et catholicoſ oēs arrianiſtaſ vocāt. et anatematiſant ipſum tempore cene dn̄i cū ſuo Clero. dicuntqꝫ nō habere plenā poteſtatē ligandi et ſoluēdi quod ſumſerunt ex ſectione ſeu diuiſione grecoꝝ decia ab eccleſia romana de qua infra

### Quartus

¶ Dicunt oēs latinos eccleſie doctoreſ nullius veritatis et efficacie eſſe fuiſſeqꝫ hinc nec alicuius eoꝝ dicta ſuſcipiunt quātumcunqꝫ forēt ab ecclia ſuſcepta ⁊ approbata. nec credunt aflatu ſpirituſ ſancti locutos fuiſſe aut ſcripſiſſe. hinc nec libris aut ſcriptiſ btōꝝ Hieronimi Auguſtini Gregorij Ambroſij et ex cōſequēti et alioꝝ doctorum fidem dant et eoꝝ auctoritatē nullomō ſuſcipiunt.

### Quintus

¶ Dicta doctorū Grecoꝝ ſuſcipiūt dūmodo nihil aduerſus eorū errorē ī eis inuenerit. Si vero quid ex eis quod aduerſus ſectionē ⁊ ritū eoꝝ erroneū fieret acceperint corrupta dicunt ⁊ viciata eē ac fidē eis adhibere. nō debere aſſeuerāt

### Sextus

¶ Sanctos ex eccleſia et fide catolica romane profeſſiōis et obediētie blaſphemant et damnant ſicut infra patebit in ſeptimo ſciſmate. ⁊c̄

### Septimus

¶ Imagines operis et artificij catholicorum horrent et quātum ex eis ē ihonorant etiā ſi crucifixi aut eoꝝ ſanctorū

fierent. Qui vero artificiū venerātur dūmodo in Sinagogis eorum locate aut picte fuerint alias non. rč.

## Octauus

¶ Eccleſias catholicorum ſpernūt confutāt inhonorāt. ac blaſphemāt contra canonem Innocētij tertij de baptiſmo c. Licet grecos .o. Nec vllam in eis exhibēt reuerentiam Sacerrimo ſacramento niſi coacti aut metu maiorum offenſe aut ſimulata aſſentatione. et ſic de earūdem eccleſiarum conſecratione nihil tenēt. Sic ꝛ de cōſecratiōe corporis chriſti dicentes in aſimis ipſum cōſecrari nō poſſe. Eorū vero Sinagogas per ſimplices eorum .p. ſacerdotes conſecrari poſſe dicunt prout de facto conſecrant.

## Nonus .q.

¶ Statuta eccleſie dictaqꝫ aut ſcripta ſeu canones et conciliorum determinationes ac decreta. nulla eſſe dicunt. etiā et de primis cōcilijs dicunt ꝙ a ſeptia ſinodo omnia cōcilia nullius efficacie fuere neqꝫ de iure catholico qꝛ ſine eoꝝ cōſenſu agebātur et approbatione.

## Decimus

r ¶ Omnia eccleſie Sacramēta ꝓpbanāt et blaſphemāt ridētqꝫ et īhonorāt precipue ſacramenta baptiſmi et ſacre Eucharíſtie eo ꝙ nō ſcđm formā ritus eorum fiant

## Undecimus

¶ Nullum pōtificem catholicum habere poteſtatem dicūt criſma ꝯſecrādi ſolum patriarcham quem ſe habere ſatētāt Conſtātinopoli per quem ſi ſemel cōſecratum fuerit dicunt ad ānos plurimos illud efficaciā habē ad vnctionē

## Duodecimus

¶ Ordines Bñdictiones pōtificia ſacerdocia orationes ieiunia indulgētias iubileos et omnia eccleſiaſtica officia ꝛ ea que auctoritate clauium diſpēſat eccleſia damnāt nec vllius efficacie dicūt eſſe. Similiter obediētiam eccleſiaſticā auctoritatemqꝫ ridēt et ſicut de indulgētijs ſic et de Excommunicationibus eccleſie nihil tenent.

## Tredecimus

ſ. ¶ Dicūt cōfirmationis ſacramētū nullū eſſe. Jdeo nec illud accipiūt ſine quo ꝓmouēt ſacerdotes ſuos nec hñt tempora limitata ad ordines ſꝫ paſſim et vno die ꝓmouent ꝛ plures ordines conferunt

## Quartuſdecimus

t. ¶ Dicūt Sacramētum extreme vnctionis nullā aduerſus peccati reatum medelā cōferre poſſe et beatū Jacobū vnctionem intellexiſſe tm̄ ad medicinā languoris corporalis

## Quindecimus

v ¶ Sicut qñqꝫ baptiſant i acetabulo id eſt in aqua acida expreſſa de Succo pomorum aut fructuum. cōfecta cum aqua naturali et fermēto. dum aqua ꝓ tempore caruerint diſcretionem ī aqua nō ponentes. ſic in defectu vini ī eodē acetabulo ſacrificāt immo execrāt

## Sedecimus

¶ In preparatione calicis duas aut tres guttas vini aque immiſcent calide nec vinum ſentitur in aqua abſumptū et damnant eccleſie ritum q̄ aquam frigidam ad calicis preparationem accipiat. Et panem fermentatum pro ſacrifitio recipientes diuidunt bifariam. ſuperiorem partem in panis medio triāgulariter in profundam excidentes in corpus Chriſti conſecrant. Reliquum panis beate virginis corp⁹ deſignare dicunt. et in veneratione cōſeruant. In cuius panis preparatione farinam recipiunt. In nomine patris fermentum mittunt. In nomiue filij. calidā fundūt aquam In nomine ſpiritus ſancti. Itē ad panis ſacrifitiū plures panes aſſociant et apponunt. vnū in noīe Marie alium in nomine precurſoris. alium in nomine Baſilij. tandem Leonis helie et ſic conſequenter ſingulis panib⁹ ſanctos ſingulos inuocatione attribuunt Unde et in calictb⁹ ligneis in locis plurimis ſacrificant. vbi pane ex pluribus vt tactum eſt. polentis exempto. offam quandam faciunt: et cōſecrant tandē in conſumptionē coclearibus ligneis et et ſordidis vorāt. et micas ſeu reliquias panniculis detergunt eijciuntqꝫ. Sic quoqꝫ cōmunicāt et populum coclearibus. ex calice expromēdo et ī eſum offerendo.

## Decimusſeptimus

¶ Sumūt experientiam de calicis conſecratione tanqꝫ dubitātes de Conſecratione eius. Nam anqꝫ cōmunicāt i ſacrifitio faciunt eis dari aquam calidā quā infundūt in calicē cōſecratū. vnde ſi vapor exalauerit credūt vero illic eſſe Sacramentū. tūc primo cōmunicāt Et ſi ps in calice relicta fuerit ſeruat̄ et peractis prādijs a ſacerdote redeūte vorat̄

## Decimus octauus

¶ Conſecrāt pro bellātibus panē ſimilagineum in corpus Chriſti x Et laycis in bella procedētibus tradūt in manus. q̄ cū ſunt cū hoſte cōflicturi et et iā manus conſerturi. replēt vas eſcarium aut poculariū. quod in prompto fuerit. aliquo liquore. q̄ tūc occurrerit et illic pane illo poſito ſeipſos ordine cōmunicant

## Decimus nonus

¶ Sacramētū Euchariſtie a Qd̄ die cene Sacre cōſecrāt. illd̄ ſolū dicūt ꝓ infirmis ꝓcurādis valere. et non aliud quod dieb⁹ alijs cōſecrat̄. et tale ad āni decurſum cōſeruāt ī calice prepato qd̄ vermiculoſum et tabidū infirmi ori imprimunt cocleari

## Uiceſimus

¶ Ante ꝑpationē calicis incēſis cereis panē cōſecrandū cū vino et aq̄ calida ī calicē fuſa velud dictum ē cū reuerētia ſumma ſpectādū populo offerūt ⁊ circūferūt vbi pplus pronus cadit veneratur ⁊ idolatrat. Et poſt ī altari poſitū ⁊ ꝯſecratū nemo venerat̄ neqꝫ eleuat̄

## Uiceſimus primus

b ¶ Non ſolū in forma baptiſmi ab eccleſia diſcrepant ſed etiam in materia

qñqꝫ vt ſupra in articulo.xv.dictum ē ⁊ ſacro Epiphaniarū die loco fontis Eccleſiaſtici flumia rapide manācia dummō haberi poterūt ꝓ baptiſmate īfantium conſecrāt.inſtar Jordanis.⁊ quē pucrū i merſione ibidem mori frigore aut e manibꝰ elabi ⁊ mergi ꝯtingat ab angelo raptū dicūt in celū.neqꝫ mūdū eius preſentia fuiſſe dignū aiunt.

## Uiceſimus ſecundus

e ¶Sacerdotes eoꝝ cōmuniter non orāt niſi qñ miſſe officiū ſuo mō ſtꝫ habituri.et que aut quales hore eoꝝ ſunt deus videat.et dicūt preſbitero ſufficere ad cōſcientie purificationē cū vxore cubanti.et celebrare volēti.ꝙ ſe fermētata aqua calida abluat a vertice capitiſ ad pedū veſtigia hāc loturam tante dicūt efficacie quāta foret confeſſio

## Uiceſimus tertius

¶Si caſu quis Catholicoꝝ p̄ſbiterorū i altaribus eoꝝ celebrauerit. mox velud execratū violant et effringūt et dicūt ꝙ in vno altari tm̄ miſſa vna debet in die celebrari

## Uiceſimus quartus

f ¶Dicunt populū mereri.et magne indulgentie fieri.quotiens quis hoīem catolicū obediētie Romane īteremerit

## Uiceſimus quintus

g ¶Dicūt ſuos p̄ſbiteros irregularitatē incurrē cū paſſerē aut aliquod volatile occiderint qui nō prius regularitatē acqrūt.donec idē volatile ſb aſcellis geſtū ab eis totaliter cōputreſcat. hec eoꝝ ē penitētia.q̄ nō eſſet adeo dura ſi Chriſtianū hominem occiderint

## Uiceſimus ſextus

¶Falſe iurare aduerſus inimicū et precipue cōtra virū Romane profeſſionis nō eſſe pctm̄ dicūt. Similiter et decipe damnificare aut fraudare eundem

## Uiceſimus ſeptimus

h ¶Sicut Sabbatū in q̄dragesima nllomō fore ieiunandum ⁊ peccare eos mortaliter q̄ ieiunauerint. neqꝫ miſſam celebrandā in tota q̄dragesima niſi ſabbatinis diebus ⁊ Dñicis.vñ damnant eccleſiā Romanā celebrantē alijs diebꝰ Quadrageſimalibus preter Sabbatū et Dñicū.et ſimili errore añ Jeiunia ſua octo diebus ſolēniſant.ſilr et poſt ieiunia carnes vorātes cottidie ferijs ſextiſ Jmmo et in vigilijs ſi que tum occurrerint.nec piſcibus licere vti dicūt niſi eorum inteſtinis cū Jeiunia Quadrageſimalia peragūnt.

## Uiceſimus octauus

i ¶Chriſtifideles peccare mortaliter dicūt ꝙ barbas radāt.et mādūcāt ſuffocata.et ſilr damnant Chriſtianos carnes edētes. Ultia dñica añ Carniſpriuiū.et conſequenter

## Uiceſimus nonus

¶Dicūt licite vēdi poſſe p̄laturaſ ac bñficia aut emi.ſilr et ſacros ordies.⁊ q̄ bñfitia patres tenuere dicūt filij ad ea ius hereditarium ſe habere.

## Triceſimus

¶Dicūt viuētē hoīem mortaliter pec-
care non poſſe

## Triceſimus Primus

¶Dicūt fornicationē ſimplicē non
eē pctm̄ mortale.ſimiliter et vſuram

## Triceſimus ſecundus

¶Dicūt furi ſufficere rōe furti. ſui. ſeptē
ſacerdotib⁹ repſentari et fateri crimen ⁊
petere olei vnctionē ab eis.nll'a tn̄ poſt
hoc pnīa nec reſtitutōis debito debere
conerari

## Triceſi.tertius

¶Aſſerūt nō eē purgatoriū .ſolū eē duo
receptacula aīaꝝ celū ⁊infernū

## Triceſimus quartus

¶Dicūt aīam añ diē iudicij btitudīs
gloriā nō hr̄e.qd̄ et credūt.corpe i terra
manēte oīa hec i ɔcilio florētīo caſſata
ſunt et per Bullam Eugenij correcta

## Triceſimus quintus

¶Dicūt ꝙ viuoꝝ ſuffragia ꝓſint dāna
tis in iferno.Et nō alijs.

## Triceſimus ſextus

¶Dicūt ſpm̄ ſctm̄ n̄ ꝓcedē a pſona filij
niſi ſoli⁹ pr̄is.al's duo eſſent pncipia ⁊
due ſpiratiōes qd̄ tn̄ ſufficiēter explana
tum eſt in concilio Florentino

## Triceſimus ſeptimus

¶Diuorcia faciūt i mr̄imonijs nll'a rō-
nabili cā interueniēte ꝓ ſola auaritia et
libitu.q̄ layci ſimplices.inter ɔiuges fa-
ciūt.Et dicūt quēlibꝫ q̄ petit ſepari licē.

## Triceſimus octauus

¶Dicūt ſcd̄as et tertias nuptias ac de
inceps eſſe illegittīas.nec facē veꝝ mr̄i-
moniū nec inde ſequi prolē legittimā

## Triceſimus nonus

¶Mortuoꝝ tumulos pacta ſepultura
iubent ſingli p ſacerdotē ſuos oſculari
et poſt ipam ſepulturā cōuiuāt vorātes
q̄ſdā polētas ab ipis p̄ſbiterꝭ bn̄dictas

## Quadrageſimus

Dicūt ſcl'arib⁹ dn̄is eoꝝ p̄ſidib⁹.licē ſine
nota excōicatōis maioris vberare ⁊ de-
ponere eoꝝ pr̄iarchas epōs ſacerdotes
cui⁹ rei origo cepit.vt dicet i.x. diuiſiōe
Grecoꝝ ab eccl'ia.Sꝭ et alie plures leui-
tates et ſtulticie eoꝝ ac errores.qs pn̄ti-
bus obmitto inſerere.ſatis hinc liquide
patere poterit q̄ꝫ horrēdis errorib⁹ hi
veteratores et ſectatores ꝓbanī a veri
tate et ſalutari eccl'ie catholice determīa
tione diſcrepēt.ſecti ab vnitate fidei or-
thodoxe.vn̄ i ſimplicitate ⁊ hūilitate ſi-
mulata veniētib⁹ ad aplicam ſedē an e-
ueſtigio credēdū diſpēſandūqꝫ ſit cū eiſ
de plano.nō diffinio. Scio matrē ſctāꝫ
eccl'iam piā eē q̄ hūilit redeūtes etiā de
ſpatiſſimos inqnatiſſimoſqꝫ benignit
cōplectit ſinu ſuo Jure qdē de eis illud
dici pt Pſalmi.lvij.alienāti ſꝭ a vulua
i.caritate q̄ ē porta eccl'ie p quā ɔcipiūt
fideles ⁊ incorpant eccl'ie.Errauerūt ab
vtero eccl'ie nō ſuſcipiētes veritatē do-
ctrine.locuti ſꝭ falſa i ſuo ɔuerſo Sciſ-
mate ſanas doctrinas ſpernentes ⁊ ad
uerſus ius ⁊ auctoritatem Eccleſie Sa
cramentaqꝫ ſpurcis rictibus collatran-
tes. Ideo furor illis in ſimilitudinem

ſerpentis ad veritatem impugnandam et prophanandam et ad reſiſtendum ei pertinacia non doctrina blaſphematione nõ ratione in qua ẽ venenũ morti ferũ. et aſpidis Surde obturãtis aures ſuas ſemper profecto Rutheni a ſe repellunt doctrinam ſapientiã et veritatẽ aures obturantes ne quid de ſanis dogmãtibus perciperent et declamantes viros eruditos qui ſimiles illis ſunt de qb⁹ btũs Stephan⁹ ĩ diſputatione dixit. Act. vij dura ceruice et ĩ circũciſis cordibus et auribus vos ſemper ſpũi ſancto reſtitiſtis. Et illis quoqꝫ de qb⁹ domin⁹ ad Moyſen dixit. Exodi. 32 Cerno ꝙ iſte populus dure ceruicis ſit dimitte me vt iraſcatur furor meus ſup eos et deleam eos de terra.

## Capitulum Tercium oñdit quomõ Sciſmatici quales ſunt Rutheni ſunt peiores cunctis hereticis et qꝫ periculoſum pernicioſumqꝫ ſit Sciſma eoꝝ ⁊ cõuerſatio.

Cum vero ad tam obſtinate mentis pertinatiã ſola indurat eos ſuperbia vt ab vnione charitatis et inſtitutis eccleſiaſticis diſſideãt. Juxta illud apoſtoli Ad Colo ij. Inflatus ſenſu carnis ſue ⁊ non tenẽs caput ex quo totũ Corpus per nexus et cõnexiones ſub miniſtratũ et conſtructũ creſcit in augmentum dei hinc exigente inuincibili eoꝝ ſuperbia peiores et magis in conſpectu domini ſciſmatici inueniuntur deſpecti quibuſuis hereticis. quod euidẽter probatur exemplis et ratione exemplariter ſi qd ẽ in ſcripturis nobis declaratum eſt. quẽadmodũ m Sciſmata nũqꝫ pati voluit dominus. Juxta illud Cipriani perditionem ſibi maximam de indignatione dei acquirunt qui Sciſma faciũt. Et in li. Re. 4 regũ. 17. dr̃. ꝙ indignat⁹ ẽ dñs omni ſemini iſrahel et demoliuit eos et dedit in direptionẽ donec abijceret eos a facie ſua quia diſſipatus eſt. i. Sciſmate abſciſus Jſrahel a domo dauid. miſſis tamen exemplis varijs qb⁹ horrẽda Sciſmata voluit ab initio dominus eſſe abolita. vnũ illud ad p̃ſens capiam⁹ qd in nũer. deſcribiť. Nu. 16 Quõ datã abiron et Chore. dũ ab obedientia Moyſi defecerunt ꝑtinaci faſtu aperta terra cũ vniuerſa ſubſtantia ſua et tabernaculis abſorpti ſunt ⁊ ignis egreſſus a dño ducẽtos quinquaginta viros inuoluit. et cõbuſſit. qui ad eorũ iuſſa incenſa adolebanť. quo mõſtratur ꝙ maior Sciſmaticos vindicta ſecuta eſt a domino qꝫ etiam Jdolatras vitulum aureum adorãtes. qui ſolo gladio pierãt. Exo. 32. Sup q̃ dicit Hieronimus 24. q. 1. c. Nõ offeram⁹. qd grauius eſt punitum ſcelerati⁹ ẽ cõmiſſum Conſtat igitur ꝙ in deteſtationem erroris Sciſmatici ac ſceleris non ſolum ipſi Sciſmatici ſed et omnes eis cõſencientes cum coadiutoribus eadẽ pena ſt̃ puniti. Quapropť Moyſes ab eorũ cõſenſu ⁊ errore cetũ reliquũ retrahens

recedite iuquid a tabernaculis impioꝝ
numeri.xvj. Et ſeparamini de medio
cõgregationis huius et nolite tangere
que ad eos pertinẽt neinuoluamini in
peccatis eorum. Et beatus Ciprianus
ad Magnum ſcribens dicit. xxiiij q.i.
c.Didicimus. Inuenimus in tali faci
nore nõ ſolũ duces et autores ſed etiã
participes penis deſtinari. niſi a com-
munione malorum ſe ſeparauerint pre
cipiente domino per Moyſen ⁊ dicẽte
Numeri.xvi. Separamini a taberna-
culis hominum iſtorum duriſſimorũ
et nolite tangere de omnibus que eoꝝ
ſunt. ne ſimul pereatis in peccatis eoꝝ
Et quod fuerat cõminatus dominus ĩ
pleuit. Quo exemplo oſtẽditur et pro-
batur obnoxios omnes· culpe et pene
futuros. qui ſe irreligioſa temeritate ſciſ
matis miſcuerint. Oſee.9. Sicut etiã
per Oſeam prophetam Spiritus ſan-
ctus teſtatur dicens. Sacrifitia eorum
tanq̃ꝫ panis luctus et omnes qui ꝯme
dent eum cõtaminabũtur. Quid itaqꝫ
dicturi aut quam ſibi ſpẽ venie pollici-
turi ſunt. qui non modo eorum admi-
xti cõtubernijs ſimultanee cõuiuentes
execrabilem ritũ. et blaſphemias ipoꝝ
tolerant ac approbant. verum etiam
maioribꝰ eos prerogatiuis ſupra chri
ſtifideles munerant et attollunt ⁊ fra-
ternitates atqꝫ federa mrĩmonialia cõ
ferunt cum eis. Et nõ potius eos dedi
gnantur et cõtemnunt vt ſic ſpreti redi
rent. Iuxta illud beati Auguſtini oĩs
catholicus ſeuiens eam partem dete-
ſtatur. cui eccleſiam vniuerſalem apo-
ſtolicis ſedibus roboratam nõ cõmu-
nicare cognoſcit que verba habẽtur in
Canone. 24.q.j.c.Sciſma. profecto
vindex ira dei deſcendet ſuper illos et
ſublato animo. conſilio. et intellectu. ti-
more proſtratos tradet eos in manus
inimicorum eorum qui oderint eos.
Pſalmo.cv. Et vereor cum in abbo-
minationibus huiuſmodi ſuis deum
ad iracundiam concitãt. Deutro.32.
ꝙ iuxta eſt noſtre perditiõis dies ⁊ ad
eſſe feſtinãt tempora. In fine tñ tracta-
tus vltimi latius demõſtrabitur liceat
ne catholicis pariter cum Sciſmaticis
matrimonialiter ſociari. aut vtrum al-
tero ſciſmaticoꝝ cõiugum vnito eidem
dimiſſo priori conueniet alteri ſociari.
probatur inſuper tali ratione. hereticuſ
in deum peccat inherentia pertinaci er
ronee alicui opinioni putans et credẽs
infirmitate intellectus meram veritatẽ
conſiſtere. et quia ſcire verum innatum
eſt nobis. eo ꝙ obiectũ intellectus nr̃i
verum ſeu veritas ẽ. Unde errans ĩ co-
gnitione veri. errat et peccat in filiũ dei
n. qui ẽ veritas Sciſma vero ĩ natura
le viciũ eſt ex volũtate deprauata pura
malicia procedens. Naturale nãqꝫ eſt
homini in vnione conſiſtere. cum po-
liticum ſeu Ciuile ſit animal hõ. velud
Areſtotiles primo politicorum deter-
minat. quam vnionẽ quidem Ruthe-
norum ſciſma odit que a charitate pro
cedit. dilectione ſpirituali vniente alteꝝ
alteri et connectente totã eccleſiam vin-
culo vnitatis. Cum igiẽ Sciſinaticus
Rutenꝰ ab huiuſmõi ſe vnitate ſolius

prave voluntatis electione. et ābitioniſ
vicio ſeparet odiens cum eadē vnione
eccleſiaſticam caritatem. et capiti eius
ſummo Romano pontifici obediētie
debito ſubeſſe rennuens. quod caput
blaſphemat et anatematiſat cui quidē
capiti ſubeſſe .o. Thomas dicit eſſe
de neceſſitate ſalutis libro de Grecorū
erroribus et libro contra impugnātes
religionem. Sed aliud caput et funda-
mentum eccleſie querens quā illud ſit
quod a chriſto poſitum eſt et cōſtitutū
de quo habetur. diſ. xxij. c. Sacro ſancta
vel ſaltem caput habere nullum volēs
peccat et agit merito ⁊ contra Speciei
ſeu nature decus. et in perſonam ſpūs
ſancti. Et idcirco nequeunt ad gratiam
ſpiritus ſancti promerendam et conſe
quendam diſpoſitionem ⁊ aptitudinē
aliquam habere Sciſmatici Rutheni
qua igniti abs tāte obſtinationis per-
tinacia molleſcerēt et ad eccleſie vnitatē
redirent fideliter. Sapientie primo
Spiritus enī ſanctus effugit ſemꝑ fictū
quia ſanctitatem nō operatur in ficto.
licet in ſacramentis operetur. velud Al
bertus dicit. quas ob res non facile eis
credendum eſt quotiēs redituri et con
corporaturi. ſancte Romane eccleſie
ſub ritu ſuo poſtulant cōſeruari. faciūt
hoc nempe vt impetratione et obtētu
tali in errore ſuo ꝑtinatiores firmioreſ-
qꝫ ſint et inſultent magis catholicis ap
probatione ab Eccleſia ſui ritus Tam
etſi de plurimis veracit̄ teſtari poſſim.
quos facilitas apoſtolice ſuſceptionis
obſtiatiores reddiderat duos ī mediū
proferre ſufficiat Soltanꝰ quidā noīe a
Paulo ſcdo et Jnaſco germanus eius
ex Lithuania primores inter Rutenoſ
ambo a Sixto quarto Rome ſuſcepti
et bullis patentibus in ſuapte ritu ma
nere ꝑmiſſi ad ſuos redeuntes pertina
ciores eccleſieqꝫ magis infenſi. Et blaſ
phemi ſunt reperti. Non ab re beatus
Ciprianus dixit. xxiiij. q. i. c. Alienus eſt
prophanꝰ eſt hoſtis ē habere nō pōt
deum patrem qui vniuerſalis Eccleſie
nō tenet vnitatē. Et idē ait. quomodo
autem poteſt ipſe cum aliquo cōuenire
qui cum corpore ipſius eccleſie et cum
vniuerſa fraternitate nō ꝯuenit. Cū ita-
qꝫ Ruteni nō ſunt de eccleſia catholica
et communione ſanctorū eccleſie Sim
bolo ꝯtradicunt .p. Quam eccleſiam
Spiritꝰ ſanctus dirigit erudit ꝯſeruat
ſanctificat et ordinat. Cuius caput mr̄
eſt et magiſtra ſancta Romana eccl̄ia
quā eternum verbum quo ſunt omnia
condita fundauit et erexit ſupra firmā
fidei petram Math. xvi. illius eterne
vite clauigeri cui terreni ſimul et celeſtiſ
imperij iura ꝯceſſit. vt Nicolaus papa
dicit. diſ. xxij. c. omnes. Non igitur Si-
nodicis conſtitutis ſed ſolius voce ſal
uatoris cunctis ē prelata eccleſijs teſte
Pelagio papa. diſ. xxi. c. q̄uis. Sunt
ergo Ruteni in cōciliabulo ⁊ ſinagoga
Eccleſie cōtraria que Babilon dicitur
vt Beda ſuper Matheum dicit. et. 24.
q. i. c. Didicimus ſcribitur nullam ha-
bente auctoritatem (inquantum talis)
nec ordinis nec Juriſditionis velud in
ferius tractabitur Eorum profecto cō-

ciliabulum miſerrimum nūꝗ͂ adiuuat ſanctorum cōmunione vt in ſanctorū ſocietatem reciperentur. et merita eorū in adiutorium eis cōcederent ſicut fit ī orthodoxa eccleſia. Nam qui meritis inuicem participaturi ſunt. in eccleſia debent eſſe vniti in ſocietate ſanctitatis. ī concordi ſacramētorum vſu ī caritate mutua in vinculo Spiritus ſancti in q̄ vnione fideles inuicem omnes in meritis cōmunicant. Nam ſanctorum cōmunio dicitur ſimultanea ī meritis vnio vt omnes meritis omnium participent et ſinguli ſingulorum. Iuxta illō ps. C. xviij. particeps ego ſum omniū timentium te et cuſtodientium mandata tua. hic nec ī eis Juſtitia nec vlla meritoria. Virtus eſt q̄ merita ſoli ſibi cumulant fideles .q Omnis em̄ actio infidelium. teſte beato Ambroſio. peccatum eſt. hoc eſt meritoria nō eſt Ruteni ſi quidem licet fideles putentur ſacramento fidei qui eſt baptiſmus. Infideles tamen ſunt. vt dicit Bonauentura in quarto circa diſ. 39. q. i. eo ꝙ ſine fide ſunt ſecte ortodoxo eccleſie nō credētes eius ordinationibꝰ Sacramētis et ſacris inſtitutis. de quo dicitur īferiꝰ Vnde beatus Auguſtinus dicit neqꝫ Sciſmatici aliquid ſibi ex iuſtitie mercede promittant quia vbi caritas non eſt non poteſt eſſe iuſtitia. ꝑterea btūs Thomas in ſcd̄a ſcd̄e queſtione Trigeſima nona Articulo quarto tractans illud Sapientie. xi. per q̄ quis peccat ꝑ hec ꝛ torquetur dicit qꝛ .x. Sciſmaticus peccat in duobus. Primo quia ſeparat ſe a communicatione mēbroꝝ eccleſie. Ideo punitur pena Spirituali ſcilicet Excōmunicatione temporali et eterna dānatione. Iuxta illud beati Auguſtini de fide ad Petꝝ firmiſſime tene et nullatenus dubites omnē hereticū et Sciſmaticum cum diabolo et angelis eius eterni ignis incendio participandum ſi non ante finē vite catholice eccleſie incorporatus et reintegratus veraciter fuerit. cui nec baptiſmus nec ieiunia nec pia opa neqꝫ ſuſceptū martirium prodeſſe poterit. Scd̄o peccat qꝛ ſubdi recuſat eccleſie Capiti vicario chriſti cui ſicut dicit beatus Joannes Criſ. ſuper illo. Ma. xvi. ſuper hanc petram. omniū que in celo et in terra ſunt poteſtatem cōmiſit dominus. et ꝑpoſitum vniuerſalis eccleſie et fratrū ſuoꝝ caput eſſe conſtituit. Ideo congruit vt ſub prelato diaboli Machomete dampnabili iugo miſerabili ſeruitutis comprimatur et ei ceruicem ceruicoſus incuruet. dicit em̄ beatus Auguſtinus et habentur verba. xxiij. q. quarta. c. qn̄do deus concitat poteſtates aduerſus ſciſmaticos. vt a Sara verberetur agar. Geneſis. xvi. Cognoſcat ſe agar ponat ceruicem. que cū humiliata diſcederet a domina ſua et conqueſta eſſet āgelo de domina ſua. reſpōdit Reuertere ad dominam tuam. ad hoc em̄ afligitur vt reuertatur. Tantū de primo articulo

## Secundus Tractatus

## ¶ Tractatus Secundus de poteſtate Iuriſditiōe et auctoritate Ruthenorum an eādem habeant ſicut illi Sciſmatici qui in Eccleſie vnitate exiſtentes et ab ea poteſtate donati ſe tandem ab eccleſia preciderunt

### Capitulum Primum

d Icit beatꝰ Thomas ſcđa ſcđe queſtione Trigeſima nona articulo ſcđo. ꝙ Spiritualis eccl'ie poteſtas duplex eſt Sacramentalis et Iuriſditiōis Sacramentalis eſt que cōfertur per cōſecrationem que dicitur ptās ordinis ſeu conſecrationis hec immobilis eſt nec vnqꝫ auferri poteſt. quia fundatur in caractere impreſſo per ſacramentū ſup quod papa nihil pōt. et ordinatur ad ſacramentorum adminiſtrationem et confectionem Eucariſtie ſacre. ꝙ aūt nequeat auferri etiam Sciſmaticis hereticis aut excōmunicatis. dicit Petruſ de palude circa diſtinctionem. xxv. q̄rti queſtione prima. quia que per cōſecrationem dantur manent. re ſacrata manente. Item idē ibidē dicit ꝙ tales ab eccleſia preciſi non priuantur executiōe facti que poteſtati correſpondet. quia poteſtas eſt per quā quis poteſt. ſꝫ priuantur executione Iuris que vltra poteſtatem requirit licitum vſum .t. Si ergo in forma eccleſie ſacramenta miniſtrauerint ordiati. tales preciſi de facto ſacramenta quidē cōferūnt ſed nō effectum ſacramenti. formam eñ. i. virtutē ſacramētorū habent que vera et itegra ſunt apud eos nō aūt virtutis effectum et dixit textus. xxxij. di. c. preter hoc. vſu verū. Quotiens ergo conferūt ſemp cōferunt ad ſui et recipiētis dānationē ſi reciperit ſcienter. quapropter meliuſet ſalubrius ē moriquā de manu taliū Sacramenta eucariſtie ſuſcipere. etiam in morte. Et idcirco Gregorius facit martirem Ermigildū (vt habetur. xxiiij. q. i c. cepit) qui in feſto Paſce maluit ſecuri interire qu am mandato patris perfidi de manu Arriani epiſcopi ſacrilege cōſecrationis Eucariſtiā ſuſcipere .v. tñ in neceſſitate poteſt baptiſmus a Sciſmatico vel heretico ſuſcipi dummodo in forma eccleſie fiat. ſed nō Eucariſtia cum alijs ſacramentis. vt dicitur. xxiiij. q. j. Subdiaconus. quia eſt ſacramētū magis neceſſarium. et ianua omnium ſacramentorū. de quo dicetur inferius. i quo plenior fit remiſſio. poteſtas vō Iuriſditionis mobilis eſt que preciſis omnibus ab Eccleſia aufertur. vt dicit Petrus de palu. circa diſ. 19. quarti q. 2. ar. 2. vt nec ligandi aut ſoluendi iudicandi excommunicandi indulgentias dādi habeant facultatē. hec itaqꝫ ptās nō pure reſpicit ordinem ⁊ ideo tales ſi quid horum faciunt nihil actum eſt vñ idem Petrus de palu. circa diſ. xxv. q̄rti. q. prima in fine dicit ꝙ eccleſia quia voluit et potuit hanc Sciſmaticis et hereticis poteſtatem abſtulit. vt nec con-

ſecrarent eccleſias neqꝫ ligarent aut ſol-
uerent nec oleum ad infirmos nec Cri-
ſma conficerent. et poteſt ſimilitudinis
ratione perſuadere. .x. Sicut
non ſacerdos non poteſt abſoluere.
Quãuis in neceſſitatis articulo poſſit
et fieri confeſſio, aut conſecrare propter
defectum ordinis ſic nec Sciſmaticus
et quilibet preciſus ab eccleſia propter
defectum Juriſditiõis. quia ſublata ſibi
eſt. per eccleſie interpoſitam ſententiã
ad penam ſubiectam. materia. perſona
ſcilicet eccleſie in quam ageret. et eccle-
ſiam i ſingulis perſonis ſoli petro chri
ſtus comiſit regendam et paſcendam.
voluntariam igitur Juriſditionẽ tollit
Eccleſia a preciſis. his dictis conſtat li
quide ꝙ Sciſmatici ordinati ritu eccle
quãuis in penam preciſionis priuati
Juriſditione vſu et adminiſtratione li-
cita Sacramentorum careãt. poteſtate
y tamen ſuſcepti ordinis et cõficiũt
et baptiſant in forma eccleſie que ptãs
vt ſuperius dictum eſt fundatur in im-
preſſo caractare per ordinis Sacramẽ-
tum Supra quod ſacramentum domi
nus papa nihil poteſt. dicit enĩ Petruſ.
de palu circa diſtinctione. xv. quarti q
prima. in fine vera eſt pars Sacramẽti
cuius miniſtrum eccleſia nõ poteſt im-
pedire ſcilicet ablatione impreſſi iuuio
labilis caracteris. hinc et beatus Au-
guſtinus contra donatiſtas Scribens
et habentur verba prima q̃ſtione pma
capitulo ſacramenta. Sacramẽta inqꝫ
que Sciſmatici et heretici non alit̃ hñt
nec aliter agunt qꝫ vera eccleſia dum ad
nos veniunt non emendamus ſed po-
tius approbamus.

## Capitulum Secundum incidens de caractere quid ſit et in quibus imprimitur ſacramentum

Et quia caracteris impreſſi mentio in
preſenti facta eſt. ne igitur ſimplices la-
teat quid caracter ſit aut in quibus im-
primatur ſacramentis pauca de cara-
cteris impreſſione adducere et audire
nulli ſit onoroſum. Quãuis in tractatu
tercio eadem materia congruẽtius tra-
ctanda veniret. dicit Albertus circa diſ-
ſertã. in quarto. a Qꝫ caracter eſt
lumen ſpirituale illuſtrans animam ex
perte imaginiſ create. diſpoſitiones ad
ſalutem et diſtinguens fidelem ab infi-
deli ſcõm fidei ſtatũ. Eſt ergo caracter
nota decoris indelebilis in anima reli-
cta ex ſacramento. qua cognoſcitur aĩa
eſſe de familia chriſti. et eſt nota gratie
ſiue ſignũ quod eſt effectus ſacramenti
Et Bonauẽtura ibidem dicit quod ca
racter eſt ſignum interius ſpiritualiter
deſignens et multos in vno ſtatu fidei
vniens. Jdeo in illis ſolum ſacramẽtis
imprimitur que reſpiciunt ſtatum fidei
determinatum b Et vt dicit Al
bertus ibidem ꝙ tria tm̃ Sacramenta
caractarem imprimũt Baptiſmus Cõ
firmatio et Ordo ſacer que ſola ſtatum
fidei reſpiciunt. imprimunt quidem eũ

ſcōm triplicem diſtinctionem quam fa
ciunt inter fideles qui ſunt de familia re
gis celeſtis c Tres aūt ſunt ſtat⁹
fidei vt dicit Bonauentura ibidem; vt
pute genite roborate et multiplicate. et
ſcōm hoc attenditur triplex diſtinctio
in populo bonorum a malis firmorū
ab infirmis clericorū a laycis. et hec tri
plex diſtinctio preceſſit in figura in po-
pulo iſrahel. Primo cum omnes ſunt
diſtincti ab Egiptijs ad veniendum in
terram promiſſionis. Scdo cū fortes
ab infirmis ad pugnandum in bello.
Tertio cū leuite ab alio populo admi-
niſtrandum in templo. Sicut et triplex
fuit diſtinctio in domo Dauid. Prima
domus eius ab infidelibus. ipſe enī fuit
rex tm̄ ſup populū dei. In pſal. lxxvij. et
primi Regū. xvj. dicit̄ de gregib⁹ ouiū
ſuſtulit eum de poſt fetantes accepit eū
paſcere Jacob ſeruū ſuū et iſrahel here
ditatem ſuā. Scda quia ibi erant ſpecia
liter pugnātes vt ſcribitur ſcdo Regum
penultimo. qui cultum et populum de
fendebant viriliter pugnando. Tertia
q̄r Leuite et ſacerdotes ⁊ ſcribe ab alijs
diſtincti. qui etiam duces et principes
habebant. Quia ergo tm̄ tria ſunt Sa-
cramenta que reſpiciūt ſtatū fidei deter
minatū d Baptiſmus primū. q̄r
ibi fides gignit̄ et homo ab egiptijs et
infidelibus ſeparatur et i ſortē populi
dei aſſumitur e Cōfirmatio ſcdm
quia ibi fides roborat̄. et vt pugil invn
gitur hō. ad preliandū et ab īfirmis diſ
cernitur. vt cōſtāter p fidei defenſione
certet f Ordo ſacer tercium vbi vt⁹
multimoda dat̄ et hō vt ſctūs ad mini
ſterium tēpli a laycis ſeparatur vbi dat̄
Caracter excellētie. Iſta ergo tria Sacra
menta tm̄ imprimūt caracterē g Et
q̄r fidei generatio p̄cedit cōfirmationē.
et multiplicationē ſiue ppagationem.
Jdo caracter prim⁹ q̄ ē baptiſmi hab;
ordinē neceſſitatis ad alia ſacramenta
Et q̄r item Confirmatio precedit multi-
plicationē. ideo Caracter ſcd's q̄ ē Con
firmationis habet ordinē cōgruētie re-
ſpectu tercij. Ordinis v̓o ſacri caracter
habet ordinē excellētie. Et ſicut dicit Al
bertus in q̄rto circa diſtinctionē. xxiiij.
q̄ primi duo caracteres diſpōnes ſunt
h Solus caracter Sacerdocij ē vt p
fectio ſacramēti. Iſte ergo ē vn⁹ i ſe oēs
alios in ſe pficiens. De eo vero an ſtat⁹
Epiſcopalis imprimat caracterē dicit
Albertus ibidē in fine. q̄ cū null⁹ actus
excellentior ſit q̄z cōficere corp⁹ chriſti
Vn̄ ad iſtū actū caracter imprimitur
velud ſufficiēter dictū ē. nullus ergo pōt
ordo eſſe poſt Sacerdociū licet Juriſ-
ditionū officia fuerit. In q̄bus in conſe
cratione pōtifices cōcipiūt gratiā non
ad ordinē ſed ad execucionē iuriſditōis
in eccleſia. vn̄ queādmodū epatus ordo
nō ē ſcdm Theologos ſic nec i eius cō-
ſecratione caracter imprimitur. Cano-
niſte tm̄ tenēt q̄ epat⁹ ſit ordo. ⁊ q̄ epo
inq̄ztū epus cōueniat quedā ptās ſpe-
cialis que nō ē tm̄ Juriſditionis. q̄r illa
poſſet auferri per ſuperiorē i Et
de hoc q̄ epiſcopatus ſit ordo eſt te-

xtus in.c.Cleros.xxi.diſ.et i.c.Quotiẽs de purga canonica et notať in ꝓhemio ſexti.Et tñ de hac materia

## ¶ Capitulum Tertium de pertinatia Ruthenorum q̃ nec in obedientia neqꝫ in iuriſditione petẽda ab Eccleſia Grecos redeuntes voluerunt vnqꝫ imitari.

¶Et quia in grecorum atqꝫ Ruthenorum ſciſmate claruit ſemper et vſqꝫ mõ liquide cernitur inobediẽtie pertinatia maior eſſe in Ruthenis quã in grecis qui non ſolum animaduertere volunt poteſtatem et Juriſditionem omnem, nõ niſi ab eccleſie catholice auctoritate manare. nec aliunde conſequi eam oportere. quin potius imperium auctoritatemqꝫ eius omnẽ nihili ducẽtes. a tercia grecorum ab eccleſia ſectione ſeu ab Epheſina ſinodo heretica diuiſi. cũ eis ab eccleſia. vbi Dioſcorus Alexandrinus epiſcopus Leonẽ papã primũ contumelioſis verbis afficere Et excõmunicare primus temere auſus ẽ poſt in calicedonenſi Catholico cõcilio dãnatus. Nunqꝫ deinceps vniri eccleſie voluerunt. At vero Greci poſt eãdem diuiſionem tertiam redire nouies prohibentur. De quorum abicione et reditionibus preſens quoqꝫ Capitulũ introducitur incidentaliter Grecos itaqꝫ ſeu oriẽtales eccleſias ab Romana ſeu occidentali eccleſia omnium Eccleſiaꝝ matre et magiſtra. Cui ſingli quiqꝫ omnium conditionũ ſtatuũqꝫ ſub eſſe et obedire eamqꝫ ſequi venerari ac in credẽdis audire tenentur velud ſupra monſtratum eſt. et habetur diſ.xix.c.In memoriam. duodecies precidi legimus ꝑ diuerſas hereſes et ſciſmata l Ipſam tamen Romanam eccleſiam. ſemper in vna vera et ſolida fide Catholica ꝑſtitiſſe. perſtituramqꝫ ad ſeculi ꝯſumationẽ Juxta illud Luce.xxij. Ego rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua. ſcđm quod et beatus Hieronim⁹ ad damaſum papã dicit. et habentur verba eius.xxiiij. queſtione.j.c. hec ẽ fides. Sacra Romana eccleſia que ſemper immaculata permãſit domino prouidente et beato Petro apoſtolo opem ferente in futuro ꝑmanebit ſine vlla hereticorum inſultatiõe ſcilicet preualente atqꝫ firma et immobilis omni tempore perſiſtet. vnde huiuſmodi preciſiones eoꝝ. poſt trãſlatã imperij ſedem ab vrbe Romana i Cõſtantinopolim per Conſtantinũ imperatorem ſecutas legimus ad illam vltimã in qua nũc obſtinati perſiſtunt. q̃ poſt Florẽtinũ ꝯciliũ acceſſit. Quib⁹ redeuntib⁹ tñ mun⁹ ſuſceptiõis ab eccl'ia gracioſe ĩpẽdebať ſp. vt habeť diſ.xxij.c. ſacro ſctã. Que qdẽ oriẽtales eccl'ie ꝑncipales et ꝑriarchales fuerãt q̃tuor Cõſtãtinopolitana Alexãdrina antiocena et Hiroſolomitana. q̃ iã diuiſim iã ſimul ꝯiũcti ſeſe. ab obediẽtia eccl'ie Romane

ſubtrahebant Conſtātinopolitana tñ eccleſia fiebat ſemper alijs occaſio huiuſmodi abſceſſionis m Vnde

## Prima ſectio

Fuit Anno domini. 335. tempore Iulij pape. et Conſtantini imparatoris Conſtantini magni filij Arriana hereſi plurimum infecti. qui ſeductus per Euſebiū antiocenū patriarchā ꝛ alterꝫ Euſebiū nicomedienſem epiſcopū ambos ſectatores Arrij heretici n Qui in Alexādria dogmatiſabat filiū inquātū deus minorē eſſe patre. imo potius dicebat eum creatū eſſe non dominū nō coeternum nec eiuſdem ſubſtātie cum patre et alia nephanda plura. multas et graues perſecutiones intulit oībus Catholicis. tam orientalibus q̄ꝫ occidentalibus quoſdam ſuffocās quoſdā inexilium condēnans. eius igitur fauoris fiducia. Idē Euſebius patriarcha antiocenus non queſita pape licentia volens determinationē Niceni cōcilij in ſimbolo damnare de conſubſtantialitate pr̄is et filij. Conciliū in antiochia congregauit et ad illud cunctos ep̄os catholicos citari fecit vtpote Anataſiū Alexandrinū epiſcopū et patriarcham Paulum Conſtantinopolitanū Marcellum Anchire epiſcopū ꝛ Lucianum Andripolitem qui orthodoxe fidei erāt veri ſelatores. Illi vero pro eo q̄ ſine pape conſenſu interueniente factū eſſet ad tale conciliabulum venire contemſerunt. Quapropter per eum excōmunicati ad Iulium papā appellarunt Euſebius vero litteris pape de audacia temera correptus. atqꝫ citatus ad reddēdam de tanta preſumptione rationem ſpreto Mandato pape ab obedientia ſua ꝛ eccleſie Romane ſe ſubtraxit. mox in exilio Paulum Conſtātinopolitanū epiſcopum eius ſuggeſtu Imparator clam ſubaltari i Enſa ciuitate ſuffocari precipiens Euſebium Nicomediēſem hereticum tranſtulit in ſedem Conſtātinopolitanā. que ab eo annis duodecī poſt a Macedonio hereſiarcha. ſpm̄ ſanctum creaturam aſſeuerante occupata. anno vno tandē a tribꝰ alijs hereticis Endoſio demophilo enagrio ānis viginti tribus reſidentibus vſqꝫ ad Felicis pape et Theodoſij Catholici imparatoris tempora ſub ſciſſione tenta eſt et gubernata. donec a Gregorio nanſeno ſuſcepta. ab huiuſmodi erroribus et Sciſmate fuerat purgata et reunita eccleſie Catholice ac ſub obedientia Romani pontificis tenta eſt. poſt hec annis q̈draginta. v. ſub quinqꝫ pōtificibus catholicis videlicet Nectario xvi. Criſoſtomo. vi. arſacio. 2. Achito. xx. Siſinio. j.

## Secunda diuiſio

Fuit tempore Celeſtini pape et Theodoſij imparatoris iunioris. Anno dn̄i Quadringenteſimo ſexto. cum Siſinio epiſcopo Cōſtātinopolitano mortuo

o Neſtorius preſbiter hereſiarcha occultus.de antiochia ad illam ſedem vocatus eſſet.qui in concionando do-gmatiſabat prio.q nullꝰ audeat btãm virginem dicere matrem dei ſed chriſti quia nõ genuit deũ ſed hominem cum deus generari nequeat ab homine. dicebat quoqꝫ duas in chriſto perſonas diſtinctas vnam Filij dei. aliam filij virginis. Idem dogmatiſabat ſpiritũ ſanctum.nec eſſe a filio. nec habere exiſtentiam a filio.ſed a patre ſolo ꝓcedere hunc errorem. phocius marie plantauit in grecis.vt infra patebit de proceſſione ſpiritus ſancti.quem vſqꝫ modo errorem greci defendunt cum Rutenis hunc Cirillus alexandrinus epiſcopus vir Catholicus venerationis plurime apud Grecos.plurimis epiſtolis.Reprehendit de tam impio errore. detulit qꝫ eum pape Celeſtino.qui ſibi mandauit vt Cirilli ſcripta catholica ſuſciperet et corrigeret errata.et in credendis eccleſiam Romanam ſequeretur.qui tandẽ mandata pape reſpuit eiqꝫ cõtempſit obedire.Et quia nulla alia orientalis eccleſia eũ ſecuta fuerat.Sed nec tota Cõſtantinopolitana.quia multi Clerici et layci reſiſtebant ſuis erratibus Iccirco durari nõ potuit ſciſma et ille error Nã poſt triennium Sinodus vniuerſalis per papam Celeſtinnm in Epheſo celebrata eſt.vbi congregatione ducentoꝝ epiſcoporũ eadem ẽ hereſis reuocata et conſtitutum vt nullus aliam fidẽ exponeret vel doceret qꝫ illam que ſcripta eſt a ſanctis patribꝰ.ccc.xviij.i Nicena Sinodo congregatis de qua Sinodo in.c.canones.diſ.xv

## Tertia diuiſio

Fuit generalis omnium Eccleſiarum orientalium tẽpore Leonis pape pͥmi et prefati Theodoſij iunioris imparatoris Anno domi.Quadringenteſimo quadrageſimo quarto dũ poſt mortẽ Cirilli alexandrini epiſcopi doctoris catholici et zelatoꝝ fidei orthodoxe.Dioſcorus ſedem eius accepiſſet. et eccleſiã Conſtantinopolitanam Flauianus catholicus epiſcopus tenuiſſet monachꝰ quidã Eutices nomine archimandrita id eſt plurimorum monaſteriorum pr ſeu abbas qui Neſtorij hereſim vehementer impugnans duas in chriſto ꝑſonas aſſeuerantis p in aliam illi oppoſitam incidit dogmatiſando vnã tantum ĩ chriſto naturam fuiſſe diuinã et humanam abſumptã eſſe et in illã cõuerſam. dumqꝫ Flauianus Conſtantinopolitanus.illum hec palam concionantem redargueret et eius pertinatiã nequiuiſſet moderare.vt hereticum de eccleſia eiecit et abſtulit monaſterioꝝ gubernationem. Qui dum appellaſſet pecijſſetqꝫ Concilium generale. ac ſe iudicari ſuper erratis ab Dioſcoro Alexandrino epiſcopo Leoni pape dicti auctoritate Sinodus ꝯgregata ẽ i epheſo et legati miſſi qui nomine pape illi preſiderent Dioſcorus monachis vallatꝰ

et militibus veniens ad Sinodũ cõtra
pape mandatũ. violenter Sinodali pre
ſidentia vſurpata. cogebat oẽs vt ſub-
ſcriptione faterent̃ euticetis fidem eſſe
catholicam. quo viſo legati pape fuge-
runt. ne errori tali. et eius temeritudini
conſentirent. qui tandẽ Flauianũ epm̃
mox detinuit. et pro ſentẽtia aduerſus
euticetẽ lata tanq̃ iniuſta coniecit ĩ car
cerem appellãtẽq; ad papã noctu fecit
iugulari. quo quidẽ iugulato archidia-
conum ſuũ nomine anatolium ſue opi
nionis in epiſcopũ Conſtantinopoli-
tanum conſecrauit. Et euticetẽ reſtituit
officijs et monaſterijs. ſimiliter antio-
cenum tunc epiſcopũ reſtituit et alios
quatuor et in eius ſedẽ quendam noĩe
temeritate ſenſus ſui vnacū Ruhetnis
hac in parte ſectatoribus eorū ritū tē-
poralis diſpenſationis retinent et de-
fendunt animo pertinaci et iudeiſantes
atq̧ aſimitas. Nos cōpellantes de diſ
penſatione fecerūt ſibi legem cōmunē
et de tali ſciſmate venerunt ad hereſim.
dicentes q̄ Chriſtus in fermentato cō-
fecerit. vt dicit Petrus de palude ī q̄rto
circa diſ. xi. q. i. ar. q̄rto ante finē. Et fun-
dant dictū ſuū in cauſa triplici. vt dicit
Albertus ibidem in quarto circa diſ. xi.
prima quia ſumunt occaſionē erroris.
ex Euangelio beati Ioannis q̄ tū male
et erronee intelligunt. velud monſtratū
eſt et deductum. Scďa quia in eodem
Euangeliſta beato Ioāne in capitulo
xiij dictū inueniūt Accepit inquid panē
Iheſus vbi loco panē legit̃ apud Gre-
cos artos que dictio in eorum cōmuni
ermonis vſu fermentatū. panē ſignat
nolunt aperire ſenſum ad lectionem ſcri
pturarum qď in teſtamento veteri inue
nitur indifferenter artos aſimos. id eſt
panis aſim⁹ vbi ſcriptura hanc dictio-
nem artos pro pane in cōmuni accipit
Tercia defendūt eū errorem ſuum per
illud Gregorij in Regeſtro vbi dicit ro
mana Eccleſia offert aſimos panes eo
q̄ dn̄s ſine vlla cōmixtione carnem ſuſ
cepit ſed Greci fermentatū offerūt pro
eo q̄ verbū patris inductū eſt carne ⁊ ē
verus deus et verus homo ſicut ⁊ fer
mentū miſcitur farine. Iſtud dixit non
vt eoꝝ excuſet aut cōfirmet errorē ſ; mi-
ſticam attulit rationem ſub cuius tegu
mento ac colore poſſet abuſus eorum
ab eccleſia ad tempus tollerari. Cū ita
q̧ cōſtat Eccl'iaſticos viros circa hoc
ſacramentū per eius cōfectionē ī aſimo
id facere dn̄m feciſſe manifeſtū ē nemo
dubitare poterit Grecos precare cōtra
ſacramenti congruentiā in eo qď in fer-
mentato conſecrant et contra Ius vt
dicit Albertus vbi ſupra

## Capl'm ſextum de abuſu Ruthenorum et nullitate Sacramentorum eorum

Porro ſi Greci poſt impium Sciſma
lapſi ferantur in hereſim q̄ in errore tali
pertinaciter perſeuerent diſpenſationē
temporalem eccleſie pro lege perpetua
contra Ius et phas vſurpare auſi ſunt
conficientes in fermentato aſſeuerātes
falſo id Chriſtum feciſſe et conſtituiſſe.
Qď tandē Iudiciū afferemus de Ru-

thenis qui nō a noſtro modo ſed et ab eccleſia Grecorū ſecti prout ſuperi⁹ habitum eſt ſemper diſcordes cū eis fuerant et errore atqꝫ abuſu pl⁹ idolatrare q̄ꝫ ritu Grecano conficere poſſe cēſendi credendiqꝫ ſunt. In q̄bus quātacunqꝫ pretenderet̄ eſſe ſanctitaſ cū ordinis caractere videantur carere nullomō conſecrant. Quia quod ſacerdotis ē. nō pōt nō ſacerdos. qui ſolus diſpenſator ⁊ celebrator eſt tanti ſacramenti. quare ſequitur ꝙ eoꝝ ſacramēta nulla ſunt etiā dato ſed non conceſſo ꝙ conficerēt eoꝝ Sacramenta inania forent quia in efficacia et illegittima. Nam ſi ſacramenta ſcdm formā eccleſie confecta. apud hereticos et Sciſmaticos nec rata ſunt nec efficacia nec vera neqꝫ legittia ñ q̄ꝫtū ad formā ſꝫ q̄ꝫtū ad virtutē ⁊ effectū veluđ gracianus ꝑ multa capitula diſputās prima queſtione prima in fine capituli Ꝺꝫ quidam concluſiue aſſerit et ideo ſugerenda quomodo ergo ſacramenta talium. qui eſt Sciſmaticis omnibus acerbiores et infenſiores ſunt Eccleſie catholice hoſtes et quibuſuis hereticis obſceniores. Jmmo cunctarū hereſum officia. venirent ſacramenta veneranda Omnium itaqꝫ maxime fugiendi ſunt. Juxta illud beati Joannis ſcđe Canonice primo capitulo et habētur eadem verba. xxiiij. queſtione prima. c. omnis qui. qui canon eſt Bede ſcribentis ſuꝑ dicto capit°lo vbi dicitur omnis qui recedit et non permanet in doctrina proximi deum non habꝫ. Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert Nolite eum recipere in domū nec ei Aue dixeritis vbi idem Beda dicit de Sciſmaticis et hereticis vitandum hoc debet ⁊ que verbis docuit factis exhibuit. Nā velud dicit beatus Pollicarpus ei⁹ auditor et martir cū apud Epheſum. balnea lauandi gratia fuiſſet ingreſſus ⁊ vidiſſet ibi Cherinthū hereticū ꝯtinuo ī lotus diſceſſit fugiam⁹ inquiens hinc ne balnea corruant. In quibus Cherintus lauatur inimicus veritatis. Quam obrem diligenter notet̄ ꝙ ſi huiuſmōi veritatis inimici ſalutari prohibeātur perconſequens vitantur in conſorcio haberi. eodem beato Joāne teſte ibidē inquiente. Qui em̄ ei dixerit Aue cōmunicat eius operibus malignis. Quare merito ſequitur ꝙ ſi beatus Joannes ruinam balnei metuebat ex heretici preſentia. quomodo reges et principes timere non debeāt Regnorum et dominiorum ſuorum labere et confuſibilem ac precipitem interitum. qui Rutenos impios Eccleſie blaſphematores Sacerrimorumqꝫ ſacramentorum eius. in ſuis dominijs honoribus cumulant ⁊ ſublimant dignitatibus officijs ac magiſtratibus gerendis ſupra populum catholicum. ſub quorum horrendo dominatu chriſtifideles exquiſitiſſimis onerum grauitatibus opprimuntur coguntur qꝫ miſeros duliaca veneratione adorare in vilipēdiū Chriſtiane libertatis et eccleſiaſtice ac publice dedec⁹ honeſtatis ex quoꝝ hmōi incōdigno dāꝫ

ſtatu ac ꝓlatione ſeditionē factionūqꝫ ſe
mina audaci conſpiratione ſuccreſcētia
in ſuorum dominiorū exterminiū irre-
prehenſibiliter emergūt. cui oro fideles
eſſe poterūt qui neqꝫ deo neqꝫ Eccleſie
fidem tenēt et igratitudinis opleti tabe
intus ⁊ in cute hoc geſtiūt hoc molliūt
hoc cogitāt hoc ſomniāt hoc conātur
vt principes ſuos Romani ritus et ca
tholicos quoſqꝫ vi aſtu dolis et fraudi
bus in precipitiū agant

## Capitulum ſeptimnm ⁊ vltimnm ī quo dicitur ꝙ nō licet viris catholicis Sciſmaticas in coniugium accipere. et vtrnm alicuius in ſciſmate coniugē vnitā Eccleſie liceat Chriſtiano capē ī vxorē priore marito viuēte

Cum itaqꝫ ꝓhibeat̄ fideliū cū Sciſma
ticis eſſe periculoſa cōuerſatio commer
tium ⁊ cōuictus queādmodū dictū eſt
in. c. tercio tractatus primi. et in. c. īme-
diate ꝑcedēti multo tn̄ ꝑiculoſius ⁊ dā-
nabilius ē viris catholicis cū ethnicis
et Sciſmatice ꝑfidie mulierib⁹ inire et
miſcere federa cōiugij. Quod ꝓbat̄ au-
ctoritatib⁹ deductione rōnali et exēplo
ſilitudinis auctoritate quidē ꝑmo vete
ris teſtamenti. Nā Exodi. xxxiiij. dr̄ nō
accipias vxorē de filiabus alienigenarū
filijs tuis. et Deuteronomij ſeptio non
ſociabis cū eis cōnubia. vnde iuxta hoc
preceptū dn̄i cōiugia indecoꝝ cū alieni-
genis iuita heſdras ſeperauit. vt habet̄
primi heſdre vltimo. Et habet̄. 28. q. i.
c. quid āt. §. iuſſit heſdras. ſilr̄ et aplus
ſcd̄e ad Chorin̄. vi. dicit. Nolite iugum
ducere cū infidelib⁹ vn̄ ī auctoritatib⁹
predictis. et qꝫuis lex et aplus dicere vi
deant̄ ꝙ cū paganis nō liceat coniugia
inire et inde ad ꝓpoſitū ꝑtinere nō vi-
dent̄ auctoritates ītroducte eo ꝙ de ſciſ
maticis agit̄ ī Gloſa ſup capitulū extra
de hereticis. Si qs eꝑus dicit ꝙ idem ē
ius de paganis et hereticis ſiue ſciſma
ticis. Idē de omnibus q catholici non
ſunt. ſꝫ nec illud a ꝓpoſito alienū cēſen-
dum ē Deutro. xxij. nō arabis in boue ⁊
aſino nō indueris veſtimēto qd̄ ex lana
linoqꝫ cōtextū ē. Nā vbis hijs innuit̄ ī
omne catholicoꝝ ꝯſortiū neminē ritus
et ꝓfeſſionis diſparſis admitti licere. ſi
qs forte diceret ꝙ iudeis ꝓhibita erāt
cōiugia cū mlíerib⁹ cananeis qꝛ ſtatue
rat de⁹ exterminari gētē illā qd̄ ꝓuidēs
id futuꝝ ī ſpū rebecca dixerat ad Iſaac
velud ſcribit̄ Geñ. xxvij. Tedet me vite
mee ꝓpter filias Heth ſi acepit Iacob
vxorē de ſtirpe hui⁹ terre. nā ex alijs gē-
tib⁹ accipiebāt vxores Iudei vt Ioſeph
cōtraxit cū Egipcia aſſeueſ noie filia pu
tifaris ſacerdotꝪ heliopoleos ꝓut ſcri-
bit̄ Geñ. xli. Moyſes cū filia Ietro incir
cūciſi ſacerdotꝪ madian noie Sephora
vt habet̄ Exodi ſcd̄o ⁊ poſtea cū Ethio-
piſſa. Nu. xij. ⁊. 2. q. vij. plerūqꝫ bōi viri
Item obicit̄ ſilr̄ et Heſter aſuero licite

dupſerat. vt habetur Heſter ſcdo. ſed hoc fuit ſingulari diuina diſpenſatione et in figura quod dñs copulatur⁹ erat ſibi eccleſiam ex gentibus. vt dr̄ i glo. xxviij. q 2. c. caue. et 2. q. vij. c. plerūqꝫ. § his ita qꝫ. vñ ꝗuis ſic ſit q̄nqꝫ hoc de iure diuino ſed nō poſitiuo. De iure tñ eccleſie ſeu poſitiuo cōtractus talis prohibeẗ. eo quod illegittimat eccleſie fidē reſpectu infidelis. vt habetur. xxviij. q. i. c. Sic em̄ quia ibi nō eſt cōpleta rō Sacramēti. vt infra patebit. hinc beatus Ambroſius li. de patriarchis dicit quē magiſter allegat. xxxix. diſ. quarti. et eius verba habentur in canone. xxviij. q. i. Caue Chriſtiane gentili vel iudeo filiā dare. Caue gentilē vel iudeā atqꝫ alienigenā accipe tibi in vxorē verbū hoc alienigenā expo nit Magiſter ibidē et Canon dictus. i. hereticā et omnē alienā a fide tua et que ſcd̄m formā eccleſie baptiſata non ē vt ibidē Albertus dicit quales ſunt Sciſmatice Rutbene que et ſi videẗ habere Sacramentū baptiſmi et recipere caracterem qui equaliẗ eſt in bonis et malis vt dicit Albertus in quarto circa diſ. 4. inter infideles tñ merito connumerātur quia fidē habeat iformē ſiue ſemiplenā Nā fides fundat dno meritū et Sacramentū quo ad fundationē meriti debet informari charitate que in Sciſmaticiſ et hereticis non ē et charitas omne meritū informat. Quo vero ad fundationē ſacramenti tñ ſine re et effectu ſacram̄ti ſufficit fides iformis vñ Bonauētura ibidē i quarto circa diſ. xxxix. q. i. dicit quod aliquis infidelis dicitur dupliẗ. aut qui caret fide aut fidei ſacramēto. Caret fide tñ qui ridet ſacramēta eccleſie nec oīm articulorū fidei verā credulitatē habet. Iuxta illud. xxij. diſ. c. omnes fidē qppe violat qui aduerſus eccleſiā Romanā agit que eſt mater fidei que fides ē fundamentū edificij ſpiritualis totius ſine quo fruſtra eſt edificatio q̄les ſunt Sciſmatici Rutbeni licet ſacramento fidei ſcꝫ baptiſmate nō ſcd̄m formā Eccleſie ſuſcepto tolerati fore videanẗ. et cum eo caracterē recipe de quo iuxta pri⁹ dicta non diffinio. nemini tamen dubium ē quod ſanctificationē ſiue rē ſacramenti nō percipiūt quia ficti ſunt et deriſores et blaſphematores ſacramētorū noſtroꝝ charitate que eſt legis plenitudo carentes et pertinaces in malo propoſito et ipſa fictione ponūt obicem ꝛ repagulū gratie Spūs em̄ ſanctus effugit fictum i. nō opatur ſanctitatē. vt clare determinant doctores circa diſ. quartā quarti ꝛ precipue Albertus de quo ſuperius dictum ē. Infidelis vero ſine Sacramēto diciẗ qui baptiſmo caret q̄ fundamētū eſt fideliū. vñ prima infidelias impedit matrimonū cōtrahendū. ſꝫ nō dirimit contractū niſi ſubeſſet pertinacia erroris. vt dicetur. Scd̄a vero infidelitas cōtractū etiā dirimit vt ibidē doctores determinant beati Ambroſij verba tractātes que ponit Magiſter in quarto diſ. 39. et hētur in canone. 28. q. i. c. qd̄ aūt vbi dicit nō ē em̄ putandū matrimonium quod extra dei decretū ē factū. idē btūs

Ambroſius dicit ſup illo apl'i prime ad Chorīn.vij.ꝙ ſi infidelis diſcedit diſce-dat et habetur idē in Glo.ad Ro.vij.et magiſter allegat vbi ſupra b Ob creatoris contumelia. id eſt infidelitas ſoluit ius matrimonij. Tale tn̄ matri-moniū cōtractū et cōſumatū inter eos quorū alter fidelis eſt et alter infidelis· licet ſacramentū fidei videatur habere Infidelis tn̄ habet carentiā fidei c Periculoſum ē matrimoniū cum Sciſ-matica vt deducit Albertus triplici re-ſpectu.diſ 39.q̄rti primo quia diſſipat fundamentū omnis boni ſacramētorū et per hoc nō placet deo quia ſine fide ē credēdorum et precipue vbi ſigna ſunt contemptus ſacramentorū Eccleſie et eorum que in ea gerūtur cū ritu deriſio. que infidelitas ē nocētiſſima et omnia viciorū ſentia.dicit eīn btūs Auguſtin⁹ ad polentiū.et habent verba in canone 28.q.i.c.ſic eīn d Infidelitas eſt peccatū quo cetera omnia pctā tenent. Scd̄o contraria bono prolis. Nā quo ad alterū parentē nō ſuſcipit in timore et pietate Chriſti quia ſine charitate ad vnionē matris eccleſie. Nam fidē rectā nō ſeruans ad Chriſtum ⁊ eius eccleſiā cuius preceptis cōuenit nūq̄ fidem ſer uare poterit ad hominem.297.nō pōt Tercio ꝙ bona omnia talis m̄rimonij ſunt imperfecta et cum peccato imper-fecta quidē quia non ſignant repreſen-tationē ſacramēti qd̄ ſignat vnionē dei et anime vel diuine et humane nature ī Chriſto.non ergo dicunt ſimpliciter in coniūctionē fidelis anime cū deo ꝙ fit p fidē pfectā ſeu formatā.q̄ facit pſonā legittimā matrimonio rōne eius articl'i qui eſt vitam eternā quia vita eterna eſt in cōiunctione anīe cū deo quā vnionē ſignat ratū et legittimū matrimonium Nā dicit Ambro.libro.de patriarch.⁊ habetur.27.q.2.c.in omni. ꝙ in oī ma-trimonio legittimo cōiunctio intelligit Spūalis quā cōfirmat et pficit coniun ctorum cōmixtio corporalis.ſꝫ ꝙ ſit cū pctō e Quia omnis actio īfideliū pctm̄ ē id eſt nō ē meritoria dicēte apl'o omne qd̄ nō ē ex fide pctm̄ ē vt habetur. 28.q.i.c.omnis.§.ex his nec placꝫ deo quia vbi deeſt agnitio vere et eterne ve-ritatis falſa eſt virtus.vt Aug'.dicit etiā in optimis moribus vt ī eodē canone ſcribit f Itē matrimoniū īſtitutū eſt in officiū remediū. et ſacramentū ꝑ vt doctores determināt in quarto. diſ. 39. officiū ꝓpter prolis ꝓcreationē le-gittime ad cultū dei quō in tali diſpari-tate rituū et ſub iobediētia eccleſiaſtica poteſt eſſe procreatio prolis ad cultum veri dei cum potius dicendū ē ꝙ fit ī cō tumeliā Chriſti cui⁹ ꝑceptis ꝯtrauenit p alterū coniugē in fidelitate ptinacē in remediū vero q2 excuſat coitū a culpa mortali vbi dat gratia remittēs concu-piſcentiā rōne benedictionis adiuncte. ſed in tali matrimonio nō ē vera pudi-citia.vt dicit Bonauen.vbi ſupra quia nō habet verū et ꝓpriū effectū virtutis nō eīn ꝑſeruat a culpa nec cōfert gratiā q̄ remittit cōcupiſcētiā fideles eīn cōiu-

ges per pudicitiã vitant penam et ac-
quirunt meritũ et palmam quibus nõ
ſolum datur remedium qđ preſeruat a
culpa ſed etiã datur gratia que remittit
concupiſcentiã et hoc ꝓpter meritum fi
dei et ꝓpter benedictionẽ ecclie. Negat̃
ergo in tali matrimonio vera eſſe pudi-
citia quantũ ad effectũ et ad premiũ ſa-
lutis eterne ſicut etiam Canõ ſuperior
ca. omnis determinat. Licet dicat̃ eadẽ
pudicia honeſta pollicite ſed non gra
tuitate. Inſtitutũ eſt deniq; mrimoniũ
in ſacramentũ quia actu ſignat vnionẽ
dei et anime ſiue vnionẽ diuine nature
et humane velud in proximo dictum ẽ
qđ in tali matrimonio cum infideli non
ſignatur niſi aptitudine remota. Ideo
apud fideles conſiſtit vinculi ratificatio
Sed matrimonium cũ infideli nõ hab;
ratificationem vinculi pfectam. Ex his
colligitur ꝙ cum non mediocre ſalutis
impedimentũ ex tali matrimonio imi-
neat ei q̄ ſic infidelẽ ſub diſparitãte rituſ
In coniugio tollerat quõ quiſq; fidem
habens per dilectionem operãtem. vt
dicit Auguſtinus de fide et operibus.
Capitulo. xxiij. et. xxiiij. q. i. ca. vxor diſſi-
mulare poterit vt membrum ꝙ cũ ſcan
daliſat nolit amputare remouendo talẽ
a ſe corporaliter ad cogitationem tem-
poralem donec corrigetur maxime cũ
vergat id in contumeliam creatoris et
commune ſcandalum Chriſtifidelium
Quo enim in eminentiori quis ſtatus
culmine poſit⁹ id tolleraueri t ex maiori
ſcandalo et dedecore inde proueniente
anime periculo maiori ſubiacebit. Si

eñ fornicatio carnis deteſtanda ẽ in cõ
iuge propter quam concedit dominus
vxorẽ dimitti Math. xix. quãto magis
fornicatio mentis. dicit enim beat⁹ Au
guſtinus ſermone domini ĩ mõte libro
primo. et habetur. xxviij. q. i. c. Idolatria
g Idolatria et quelibet noxia ſuper
ſtitio fornicatio eſt. Immo Ruthenos
in eorũ ſacrifitijs idolatrare monſtratũ
eſt. Item dicẽs apoſtoli conſilium ad-
impleo qui prime ad Chorĩñ. vij. con-
ſulit ne fidelis dimittat vxorem infidelẽ
volentẽ cohabitare ſecum dum dicit. ſi
quis frater vxorem habet infidelem et
hec conſentit habitare cum illo nõ di-
mittat illam dicendum. ꝙ indulgentie
apoſtoli ſtandum eſſet dummõ marito
faciente qđ ex eo eſt in admonitione in-
ductione et eruditione in his que fidei
ſunt ad que obligãtur. Iuxta illud apl'i
ad Ephe. v. viri diligite vxores ſicut et
Chriſtus dilexit Eccleſiam et ſe ipſum
tradidit pro ea vt nulla ſancificaret mũ
dans eam lauacro aque ĩ verbo vite vt
eſſet ſancta et immaculata quo viris
doctrina datur vxorum erudiendarum
in ſanctificationem. ſi ergo ex tali erudi-
tione mariti per ſigna euidentia cõuer-
ſionis affuture ſpes et acceſſus ad vnio
nem Eccleſiaſticam clareſceret quapro
pter ſubiungit idem Apoſtolus prime
ad Chorĩñ. vij. Sanctificata eſt mulier
infidelis per virum fidelem et ecõuerſo
vir infidelis per mulierem fidelem b
Quid faciendum tandem reſtabit dũ-
modo pertinax fuerit dicit Albertus in
quarto diſ. qua ſupra ꝙ talium cõiugũ

debet eſſe ſeparatio a thoro ne maiꝰ pe
riculum interueniat. et ex prima ſuſce-
ptione fidei. ſubiaceret cenſure Eccleſie.
et per illam prohiberi poteſt a cetu fide
lium. ſimiliter et alij prohiberi debent a
cōmunione eius tamen deputanda nō
eſt iudicio ſeculari. Probatur etiā tale
coniugium eſſe dānabile et ꝑiculoſum
Exemplo ſimilitudinis qđ tāetſi a non
nullis Errorem hmōi coniugij diſſimu
lantibus videbitur ad rem propoſitam
minus pertinenter eſſe introductū dū-
modo tamen ad ritum vetitum oculoſ
rationis intorſerint itereſſe nil decernēt
equo iudicio virtutis inter Idolatram
gētilium et ſacrifitia Ruthenoꝝ ſcribit
enī Joſephus antiquitatū libro.xviij.c
vltimo Hiſtoria de duobus fratribus
Judeis aſineo et anileo qui ex priuato
et humili genere ac ordine exiſtētes col-
lecta Juuenum ſibi ſimilium multitu-
dine certa fortuna adiuti dominia mlta
occupauerunt et eis preerāt dominatu
Tirānico dumqꝫ parthorum quendā
directorem inuaderent qui ad gubernā
dum regionē illam miſſus fuerat quē
vxor propria femina nunc pulchritudi
nis ſequebatur et in decoris miraculū
cunctis accederet interempto viro eiuſ
gentilē illam mulierem captus amore
Anileus cepit in vxorem que non ſine
magnis calamitatibus nō tm̄ illorum
fratrum ſed potius Gentis iudaice ma
nentis in Meſopotania et Babilone
fuerat in domū Anilei introducta. i
Nam cū interempto viro mulier deoꝝ
ſuorū ſimulacra ſumpſiſſet qui patrio
more ab ipā celebrant̄ cepit ea ritu pro
phano gētili ꝓmū clā colere ⁊ venerari
poſtea vō ſumpta maiori audacia vi-
dēs adeē ſibi libtatē faciēdoꝝ oīm cepit
marito miſero mr̄are q̄ ritu cū ꝓore ma
rito idolis imolaret nullū tādem verita
publica veneratōe ī Judaico pplo cōſi-
ſtēs idolis ſacrificabat. q̄ nephario viſo
opeqđā ex maiorib' dū anileo dicerent
neq̄qꝫ licē ī ↄtumeliā ritꝰ hebraici ⁊ leg̃
diuie ↄtēptū eā mlierē accipe ⁊ fouere q̄
ꝓrio ritu aliā rligionē hn̄s īterdicta ſibi
ſacrifitia diuīa lege dis exhiberet debere
illū potiꝰ aiebāt ſuis rebꝰ bn̄ ↄſulere ne
forte amore mlier̃ et voluptate corpis
capꝰ illa celebrari ꝑmitteret q̄ ſe regnū
qꝫ ſuū peſſundarēt vex nō ſolū ī nllo a-
pud eū cōmonitionē ſuā ꝓfecerāt ſꝫ etiā
cū q̄ fiducia maioriqꝫ zelo loq̄bat̄ indi-
gnatꝰ iteremit. q̄ moriēſ anileo cū fratre
⁊ oībꝰ q̄ nullā iīuriā paſſo tulerat auxi-
liū ⁊ ꝓ legibꝰ pr̄nis ꝓloq̄nti turpē ⁊ in-
famē breui īminētē iteritū ꝑſagunt vidi
cta iuſta ob tā facimꝰ abhoīabile ſubſe-
q̄nte. Cuiꝰ mortē oīs qđ grauit̄ ferēbāt
tollerabāt tū q2 iā illoꝝ potētia ad īfelici
tatē ducebat̄ Nihilominꝰ cū iā publice
ꝑſonaret parthoꝝ ritꝰ ⁊ ī legē patriā cō
tumelioſe agere t̄ plurimi ↄgregati frēm
eiꝰ aſineū. tumultuoſis īcrepatiōibꝰ a-
greſſi vrgebāt vt a tlibꝰ frēm coherceret
ne vltrix eos ſil' dei vindicta inuolueret ex-
ꝓbrātes illicitas nuptias cū alienigēa
mliere ↄfectaſ ↄ̄ↄſuetudinē leg̃ ipoꝝ ad ī
iuriā oīpotētis dei. ille tn̄ diu frēꝫ arguere

diſſimulauit tandē inſtātia ſollicitātiū compulſus duriter Anileū corripuit vt ab illicitis reb⁹ abſtineret et mulierē ido latrā abijceret nō tñ iā poterat ꝓficere mora tpis ipſo malo validato cui tempeſtiue reſtitum non fuerat. ſane dū tumultū populi ꝓpter ſe inualeſcere mlier pcepiſſet et agnoſceret Aſineū ptes populi tueri venenū inter cibos illi ſimulata amicitia obtulit cūqꝫ pemit quo ſblato omī audacia cūcta petebat breui poſt infamis Anilei mors ſecuta eſt et totius pene gētis ſue exterminiū Mitridate cū debellāte. Cū tante igiť cladis alienigena mulier cū pegrinis ritib⁹ iter populū fidelē introducta occaſio miſerabilis facta ſit quantā añ Hieroſolomitanā exterminiū gens Judea nunqꝫ ſuſcepat quō nō metuere debet terre et dominia. Jn qbus tā illicita ꝯiugia tolleranť ſiue pueutura vindicem iram dei in cui⁹ cōtumeliā fuerit et pmittunť loca ſacramentaria honeſtate et reuerentia ſumma cuſtodita vetitis ſacrifitijs palā ꝓphanari iudei Hieroſolimā pilatum cū ſignis militarib⁹ in qbus erant ſtatue Ceſaris deſcripte nequaqꝫ intromittere voluerūt. donec ea abijceret. ne ſanctam ciuitatē ſignis Jdolatricis ꝓpharet vt idē Joſephus ſcribit libro octauo. c. ſeptimo. ſilr neqꝫ petroniū quē Gaius ſucceſſor Tiberij in Jmperium in Siriā reuocato Vitellio legatum miſerat vt ſimulacrū ei⁹ in tēplo iudei collocarēt pcipiēs mandatū diſcretione et minis exterminij q neqꝫ minas nec pericula mortis expaueſcētes Ceſaris ea in re mādatū reſpuerūt. vt dicit ibidem Joſephus. c. xix. Expgiſcanť pontifices q non ſigna vexillorū nō ſimulacra Ceſarū in vrbes induci ſed ſacrifitia mortua q de⁹ odit et maledicit illis in locis religioſiſſimis circa ſacras ſctōꝝ edes in ſuo conſpectu celebrari pmittūt. Expergiſcanť nō minus ſanis pmoti doctris talibus deſperatis coniugijs malo ſidē onerati deūqꝫ deprecenť in humilitate cordis et ſincera cōfeſſione quatin⁹ eis opitulari dignetur vt alter alterius meritis et precibus expiatis errorib⁹ ſanctificationē conſequi mereatur et ſicut mutua affectiōe corporaliter vniti ſunt ſic mutuo quoqꝫ cōnexu in vnitate eccleſie coniūgantur vt ſic inſimul eis effuſio precioſi ſanguinis domini Jheſu Chriſti cederet in lauacrum cōmune.

¶ Quo vero ad ſecundā partē Capituli per modum queſtiōis inquiro. Utrum duobus coniugibus ī vno Sciſmate ſeu errore exiſtētibus ⁊ ab Eccleſia Catholica preciſis altero accedēte ad vnionem et obedientiā Eccleſie poſſit aliquo caſu fidelis iam a vinculo coniugij remanentis in Sciſmate liber eē et ſecure cum altero ritus ſui cōtrahere.

Doctores circa diſ.xxxix.quarti lõge diſ
putãt ſi licet fideli relinquere coniugẽ i-
fidelẽ adducẽdo ſcripturas. dicit enim
aplus prime ad Chorĩñ.vij.ſi qs frater
vxorẽ habet infidelem et hec conſentit
habitare cũ illo nõ dimittat illã. Et ſi q̃
mulier fidelis habet virũ infidelẽ ⁊ hec
conſentit habitare cũ illo non dimittat
virũ.ſanctificatus ẽ eñi vir infidelis per
mulierẽ fidelem ⁊ ſanctificata eſt mulier
ĩfidelis per virũ fidelẽ.et ĩfra. Qz ſi infi-
delis diſcedit diſcedat non eñi ſeruituti
ſubiectus ẽ frater vel ſoror in eiuſmodi.
ſup quẽ locũ dicit Ambro. contumelia
creatoris ſoluit matrimoniũ in eo q̃ re-
linquitur ne accuſeẽ alij copulatus. hic
primo aplus conſulit infidelem vxorẽ
fideli viro non relinquendũ. Silr fideli
mulieri virũ infidelẽ. Tandẽ dicit q̄ ſi i-
fidelis recedit a fideli recedat et dat optio
nem fideli ad alia confugere matrimõia
intelligit aplus de his qui in gẽtilitate
copulati ſunt fideq; Chriſti publicata
altero coniugũ accedẽte ad fidẽ ⁊ altero
infideli ſecũ manere cõſenciẽte dimitti
non debere ⁊ per hoc nec vinculũ ſolui
oſtendit nec cohabitationẽ diuidi de-
bere altero conſenciẽte. vñ primo de tli
coniugio dicendũ.dicit eñi Bonauen.
vbi ſupra q̄ loquẽdo de ſolutione quã
tum ad cohabitationẽ et mutuã ſerui-
tutẽ hoc eſt in poteſtate fidelis. Sed lo
quendo de ſolutione quãtũ ẽ ad ruptio
nem vinculi diſtinguendũ ẽ. Qm̃ infide
lis aut vult cohabitare aut non ſi vult
cohabitare aut cũ blaſphemia nomĩs
Chriſti aut ſine.ſi ſine aut vt pertrahat
ad ĩfidelitatẽ aut nõ. ſi vult cohabitare
ſine blaſphemia nominis Chriſti ⁊ ita
q̄ non ptrahat ad peccatũ nõ ſoluitur
matrimoniũ quia nec iniuriaẽ nec facit
cõtumeliã deo nec matrimonio nec ma
rito. Si autẽ vel vltro diſcedit vel non
vult cohabitare ſine cõtumelia creato-
ris vel ſine impulſione ad infidelitatem
in hijs tribus caſibus poteſt a fideli di
mitti et per contumeliã factam matri-
monio ⁊ creatori vinculũ poteſt frangi
et cũ alia contrahere.vt dicit Innocẽti⁹
tertius.extra de diuorcijs.c. qñto te no
uimus et.c.gaudemus. Diceret quis tñ
dicit Hieronimus ſuper epl'am ad Ti-
motheũ q̄ matrimoniũ infideliũ ad ve
terem hominẽ pertinet qui ĩ baptiſmo
expoliaẽ cũ actibus ſuis et induiẽ nou⁹
homo hinc dicit q̄ ſicut infideli bapti-
ſato peccata preterita nõ imputantur
neq; cõputãtur.ſic neq; coniugia. Dicẽ
dum q̄ opinatiue dicit ⁊ ſua opinio nõ
teneẽ.nã dicit Auguſtinus in ſolidiori
fundamento ſua dicta fundans q̄ con-
iugia infideliũ etſi non ſit meritoria nõ
tñ ſunt culpabilia.immo licita et bona
que dominus inſtituit ius naturale di-
ctat Aplus confirmat dicens vxorem
infidelẽ non eſſe dimittendã. et q2 licita
ſunt p baptiſmũ nõ delenẽ. ĩ baptiſmo
eñi crimina dimittunẽ nõ accepte vxo-
ris conſorciũ relaxaẽ nec infirmatur q̄
rectũ eſt ſed cõfirmaẽ coniugiũ ergo in-
fideliũ habet rationẽ cõiugij et diffini-
tionẽ licet nõ habeat in tanta pfectione

quāta habet eſſe matrimoniū fidelium Itē ſignat tale matrimoniū vnionē naturarū in Chriſto preſertim cōſumatā que omnino ē indiſſolubilis. Hinc ad noſtrā queſtionē accedēdo dico primo ꝙ ſi cōiugia q̄ ſine baptiſmi ſacramēto rata fieri nō dicāt quāuis legittima ſint aliter niſi ſub modis predictis ſolui nequeant multo magis cōiugia q̄ ſine cōtumelia creatoris inter baptiſatos quāuis Sciſmaticos vl' hereticos ſemel cōtracta ſi nequeūt ſeparari nec poſſunt libertatē adducere cōtrahendi cū altero illi cōiugū qui altero in ſciſmate relicto ad obedientiā Eccleſie velit accedere dicit eīn Innocentius extra de diuorcijs c. quāto te nouimus Sacramentū baptiſmi qd̄ ſemel eſt admiſſum ē ratum efficit coniugij Sacramētū. et qꝛ vterqꝫ baptiſmū ſuſceperat quāuis i Sciſmate tenet matrimoniū cū priore ſecus fuiſſꝫ ſi gentilis vir fuiſſet et ratū eorum matrimonium ratione infidelis nō fuiſſet. diceret quis tamen ſacramenta eccl'ie non habent efficaciam apud hereticos ⁊ ſciſmaticos ergo nec matrimoniū reſpondet Bonauen. ꝙ nō eſt ſimile de matrimonio et in alijs ſacramentis. Nam in alijs ſacramentis preſtatur remedium contra morbū qui iam ineſt. vñ in alijs datur gratia vel effectus gratie quo mediāte curāt anima a morbi corruptela In matrimonio aūt inquantū Sacramentum legis nature dat remediū preſeruatiuū a culpa ne quis cognoſcendo mulierē peccet. licet i quātū ē ſacramētū Eccleſie ratione benedictionis annere det etiam gratiam digne accedētibus Qm̄ ergo infideles ſunt Sciſmatici aut heretici. Non ſuſcipiūt gratiā gratum facientē nec eius effectū qꝫ diu ſunt in infidelitate et errore. Ideo alia Sacramenta nō preſtant eis remediū hoc vo ſolū poteſt eis preſtare licet nō pfectū Sed ſolum ad cauendum malū. Quare ſequitur ꝙ ſicut Sciſmaticus aut hereticus ad vnionem eccleſie veniens matrimonij ſoluendi prerogatiuā non pcipit ꝙ in Sciſmate ſeu hereſi cōtraxit. ſic ſi ab eccl'ia preciſus et lapſus in hereſim aut Sciſma aliquis coniugū fuerit illi qui fidelis permanſerit libertas a ſolutione vinculi matrimonialis non veniet q̄uis ſepari vtriqꝫ poterūt a cohabitatione et ſeruitute mutua et dat triplex ratio prime due ꝓ prima pte tercia pro parte ſcd'a verificāda primo quidē ideo quia tale matrimoniū eo ꝙ eſt vel erat iter baptiſatos quocūqꝫ baptiſmo ſiue greco ſiue latino fundatum ē ſupra Sacramentū baptiſmi ꝙ imprimit caracterem indelebilem ipſum erit inſolubile. ſed quia tale matrimonium habet ſignationem perfectam vnionis inſolubilis naturarū in Chriſto diuine et humane et Chriſti cum eccleſia nō poteſt diſſolui. Tertio vt malis via deſerendarum vxorum et ecōuerſo ꝑcludatur et detur occaſio deceptionibus quia ſic vt ab vxoribus ſoluerent̄ pretenderent ſe hereticos eſſe vel adherent alicui errori. Ideo non dirimit̄ tale vinculum

matrimonij inter eos. quare ſequitur q ſi ex Sciſmate zelo deponendi erroris vxor ad Eccleſie vnionem et eius ritus et Sacramenta approbanda venit marito non conſenciente et renitēte ac ī ſua manēte pertinacia pōt ſeparari a thoro et ſeruitute mariti ſed nō a vinculo matrimonij nec a'iū ſuperducere pote it eo viuente. Si vero zelotipia mariti extranei et huiuſmodi viri de obediētia Romana affectu tracta ad fidei et Eccleſie vnionē venit eo ſupducto nequaq̄ pt eſſe legittima vxor eius. Niſi dn̄s papa ſpecialiter legittimaret tale matrimōiū qd̄ facturū non exiſtimo cum contra ſacramenta facere auctoritati ſue non conueniat qd̄ tamen ꝓ hac vice nō diffinio Nam multa diſpenſantur lege fori non lege poli. nec ſcandalum qd̄piam ſui reditus ad vomitum priſtinū metuendū eſt vtilius eñ ſcandalum naſci ꝑmittitr̄ q̄ veritas relinquatur. Non eñ ꝓpter ſcandalum vitādum peccatum nō ſolū mortale nec veniale faciendum eſt. Vn̄ et phariſeorum erat ſcandalum non tn̄ curabatur. ſicut ſcribitur Math. xiij. 7. xi queſtione. iij. c. inter verba. et demones in dei iuſtitia ſcādaliſantur ſicut ſcriptū eſt Pſal. 73. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. nec propter hoc debet non eſſe iuſtitia ſi demones vel mali ſcandaliſentur in ipſa maxime cū boni edificeentur inde. vnde mali ſcādaliſantur. vt dicit Alb. ſuper miſſus eſt. capitulo vbi de pulchritudine Marie Nā nec mala faciēda ſunt vt inde bona aliqua in Eccleſia proueniāt. vt dicitur ad Ro. iij. et xx. q. i. c. noſſe. vt prius deductum eſt. Sic ſoluo concluſiue queſtionem propoſitam. ſalua ſalubri melius ſentientium in hoc articulo determinatione

Hec itaq̄ diue pontifex Alberte pro te vtcunq̄ corrogata bona et amica mēte ſuſcipe nouiſti quidē me in externo ſolo verſatū abſq̄ librorum ſupellectili neceſſaria in hac materia reſolute dicere nil potuiſſe ſi inter ea tamen que ſcripta ſunt aliqua ſupra conditionem doctoris Catholici ſcribere viſus eſſem que aut caritatis affectū non viderent̄ pre ſe ferre aut Sacris canonibus et eccleſie ſummorūq̄ pontificū inſtitutis necnon doctorum ſacre Theologie ſententijs contraria viderent̄ eorū correctionibus tuoq̄ Judicio ea moderanda cōmitto. Tu tamen quo ad eius fore poterit boni cōſule Vale patrie lumen clariſſimū et Eccleſie baſis immobilis dixi.

Telos

Cop. 2346

## De A

Arriana hereſis Folio.x n
Alexandri Regis polonie laus iiij c
Animarũ beatitudo more Ru.vi.er.38
Artenius hereticus xij ſ
Adrianus papa ſcõs xiiij i
Alexius Conſtantinus xv ſ
Aſia minor capta xv b
Apſtorũ doctrina quanta xvij q
Additiones in theo: triplices. xviij y
Additio Prima a / Scda folio.xviij b / Tertia c

## De B

Baptiſmus qd operatur ix d.7.g
Baptiſmi ſacramẽtũ alia pcedit ix g
Blaſphemia nulli creature cõuenit qa grauiſſimũ pctm̃ eſt iij f
Blaſphemare alterũ debet nemo iij g
Bñdictiões execrãt nr̃as iiij Er.xij
Baptiſmus folio.iiij.v.et.xxij f
Belládi mod⁹ mediãte ſacramẽto v x
Baptiſm⁹ fo.v. b.et.xix.i.7.xxi. t
Barbarum portatio v i
Benignitas quid operatur tix b
Baptiſmi ſa.i neceſſitate qd circa eum agendum xxij g. et mãia ei⁹ b
Baptiſmi ſacra.dubia circa illd oc. 23
Baptiſmi aqua qd opatur xxiij
Baptiſmi forma xxv v
Baptiſmi fõrma Grecorũ xxviij.

## De C

Claues ſoluẽdi 7 ligãdi cui dãt ix x
Caracter ſacramẽti ordinis ix a c r
Caracterẽ qt ſacramẽta iprimũt ix b
Confirmatio ix e
Caracter ſacerdocij dignior alijs ix b
Criſma fol.iiij Error.xi
Confirmationis bñfitiũ fol.iiij.er xiij
Calicis pparatio Rutbenica v er.xvi
Calcedonenſis ſinodus xi q
Conſtantinus quartus xiij v
Conſtantinus quintus xiij e
Conſtantinus ſextus xiiij l
Carolus Magnus xv r
Conſtantinopolis capta xvi c
Caritas quãta ẽ .xvi. g 7 qd opat b
Chriſt⁹ legẽ nõ deſtruxit xvij ſ
Confirmatio xxi a
Contumelia creatoris qd opat xxi b

## De D

Diuorcia celebrãt facili cauſa vi er.37
Dioſcorus fo.x. ca iij.i pmo
Diuiſiones Grecorũ.xij. ca.iij. fo.x.
Dubiorũ via certior eligibilior ix m

## Epiſcopatus ordo ix i

Eccl'ie legittime doctores iiij n
Eucbariſtie ſacramẽtũ ſpernũt iiij o
Eucbariſtie.ſa.ↄſuetudo rutenica 4 p
Eccleſie ſacramẽta ſpernunt iiij r
Eccl'aſtica bñfitia nr̃a dãnãt fol.iiij.er xij.Et fo.v Error.xxviij
Euticiana hereſis x p
Ephesina ſinod⁹ he:fo.xi. p.7 fo.xvij o
Eucbariſtia xxi x
Eucbariſtie.ſa.i qbus cõficit xxviij

## Fornicatio ſimplex nõ ẽ pctm̃ vi l

Furi penitẽtia more Ru.fo.vi Er.xxij
Fidei ſtatus ix c
Filiorũ in parentes crudelitas xv y
Fides Chriſti additiones patit xv r

Re. Fo.

Fidei arti. interp̄tatiōis add.pa. xviij x
Fides Chriſti voluntaria xx l

De G

Grecorum ſectiones ab Eccleſia.fo.x.
c iiij per ordinem m
Grecorum diuiſio prima x m
Grecoꝝ p̄ncipū ptās iſacdotes xv n
Grecorum pertinatia xvi d
Greci qñ fidē ſuſceperunt xvi e

De H

Hereticorū ſecte qb⁹ cōparant̄ iiij i

De I

Infideliū act⁹ ⁊ opatiōes pctā ſīt.viij.q
Infirmorum ſacramentum v a
Irregularitas Rutenoꝝ vñ ſit v g
Jeiunādi ꝯſue. tpe q̄dragesime.fo.v b
Jurare falſe laudat̄ v g
Infideliū opa xxxi e
Joannes papa tercius xiij b
Imagines ſctōꝝ venerāt̄ xiiij d
Iconomagicorū hereſis xiij c
Joseph cōſtā.patr herericus xv x
Juſtitia vnita fidei xvi f
Infames q̄ efficiuntur xvi n
Judeorū pertinacia xix d
Infidelitas quid opatur xxxi a
Infidelitas grauiſſimū pctm̄ xxxi d
Idolatria xxxi g

De L

Leo imparator xiij g

De M

Moſkouitaꝝ ſecta et crudelitas iij d
Malum non ꝑ malo xi e
Modus corrigēdi ptinaces xix g

Re. Fo.

Matrimonium xxi b
Matrimonium cum Sciſmatica per-
nicioſiſſimum xxi c
Matrimonij inſtitutio xxxi f
Mulierū nequitia et aſtutia xxxij i
Matrimonium an ſit inter Sciſ.⁊c.
tota queſtio fol.xxxij. ca.vltimo.
Miſteria ecclīe in qb⁹ ꝯſiſtūt xvij x

De N

Neſtoriana hereſis xi o
Nuptie ſcd̄e vi. Er.xxviij.
Nicena Sinodus xvij o et p

De O

Ordinis ſacramētū.i q̄ fundat̄ ix y
Ordo ix f
Ordines nros dānāt fo.iiij. Error.xij.
Ordinis ſacram̄.caracter fo.ix.a ⁊.f
Ordinis ſacr̄.q̄ hȝ conferre xx n
Ordinis Sacramentum xxi y

De P

Pena Sciſ.et hereticorum viij r
Poteſtas ecclīe ſpūalis duplex viij ſ
Pietasiam nulla qꝫ ſocer ꝑ gñm iij e
Petrus negat̄ papa iiij l
Pontificia iiij Error. xij.
Proximi occiſio v g
Purgatorium nullū vi Er.xxiiij.
Phociana hereſis xiij b
Principium vnū omniū xv v
Precipere Permittere drn̄t xix f
Pertinacib⁹ venia concedit̄ xix g
Pacientia quid operatur xix h
Priuilegium perſonale xx p
Pape poteſtas in ſacramētis.Et ſacra
mentalibus xxi r

Penitentia xxi v
Pertinacia xxxij b

De R

Romana eccl'ia caput oim eccliaꝝ cui ē obediendū de neceſſitate ſalutis vij o
Romana eccleſia quo fundamento edificatur ac regitur vij p
Romana eccl'ia nūq̄ ruitura x l
Romane eccl'ie p̄ceptis obediēdū ij
Rute.ſecta pnicioſa ꝛ ſtultiſſima iij a
Regnū Chriſti et quo finit̄ iij b
Ruthenoꝝ errores.xl. fol'.iiij. l Error die Ro.eccl'ia rectrix eccliaꝝ negat̄ 4 m
Ruthenoꝝ ſacerdotū officia v c
Ruthenoꝝ indulgētie v f
Ruthenorum ſciſma pniciociſſimum folio.vi ca.iij. Et conuerſatio
Ruthenorum pertinacia x
Ruthenorū principum poteſtas in ſacerdotes. fol'.vi. Error.xl.et.xv. o
Rutheni heretici Grecorum ix o

De S

Sacramēta a qb' cōferuntur. Et eorū effectus viij t
Sacr'a q̄ a ſciſmaticis cōferunt̄ viij t
Sacramētū magis neceſſariū viij v
Sacramētū ordis i q̄ fundat̄ ix y
Sacramēta ſtatū fidei reſpiciētia ix b
Status fidei ſunt ix c
Sectiōes Grecoꝝ.xij.fo.x.ca.z.p ordinē
Sinod' ſi celebrat̄ ſiñ ꝯſenſu pape nll' efficacie eſt xij
Sciſmaticoꝝ ſecte qbus cōparāt̄ iij i
Sinodos ſanctas ſpernunt iiij q
Sacerdotia fol'.iiij. Error.xij.
Suffragia viuoꝝ qb' ꝓſunt vi.er.xxv
Sepultura Ruthenorū vi error.xxix
Sacerdotū Ruthenoꝝ ptās vi. er.xl
Sciſma grauiſſimū peccatum et perſecutum a deo vi m
Sciſmaticorum pena viij r
Superbia reprobatur fo.xij. v.di.
Sergius Epiſcopus xij. t
Sergius papa vi.diuiſio
Sinodus ſexta xiij x
Sinodus ſeptima Nicena xiij f
Stephanus papa xiiij l
Spūs ſctūs p̄cedit a p̄re ꝛ filio xv v
Superbia quātū peccatum xvi m
Simbolum Nicenum xvij o
Sinodale decretum xviij v
Sacerdotes Ruthenorū xx q
Sacramēta. Sacramētalia xxi f
Sacramenta Ruthenorū an vera ſunt vel non xxij e
Sacramenta Ruthenorum xxix
Sciſmatice vxores non ducent̄ a viris Chriſ.in vxores xxx
Sacramēta ecclie i qb' ꝯſiſtūt xxv t

De T

Thimothei hereſis xij r
Thitus Cōſtātin' policanus xiij b
Thurcorum rabies xv b

De V

Veritas filius dei vij n
Valdenſiū hereſis qñ incepit iij b
Vnctio extrema iiij t
Vindicta dei grauiſſime punit xv a
Vnctio xxi c
Veritas triplex xxij d

# Tabula dictionum deprauatarum

| Falsum | Correctū | Fo. | Colūna | Falsum | Correctū | Fo. | Colūna |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Gratuitate | Gratuite | xxxi | iij | Profectio | Profecto | xx | [illegible] |
| Cogitationē | Cohabitationē | xxxi. | iij | Operū | Oportet | xxi | i |
| Nullam | Illam | xxxi | vi. | Cōtinuatim | Cōtumaciter | xxi fo. | vi |
| Virtutis | Veritatis | xxxij. | i | Dicendū | Dimittendū | xxij | i |
| Certa | Ceca | xxxij | i | Mitti | Permitti | xxij | i |
| Nunc | Mire | xxxij | i | Danieli superfluū ponit | | xxij | [illegible] |
| Celebrant | Colebant | xxxij | ij | Sanctū | Factū | xxij. | iij |
| Cōmonitōes suā | cōmonitōe sua | xxxij | ij | Extra | Extreme | xxij | iij |
| Fuerit | Fiunt | xxxij. | iij | In tercio | Intentio | xxij | vi |
| Sacramēta | Sacerrima | xxxij | iij | Intero | In vtero | xxiij. | iij |
| Mādatū discretōe | mādati districtione | | | Quesiti | Quesita | xxij | vi. |
| folio.xxxij | | | Colūna.iij | Joannes deficit ibi an ego te | | xxvi | i |
| Quando | Quin | iij | i | Diffinient | Diffiniret | xxvij | ij |
| Declamātes | Declinātes | vi | iij | Misteria | Ministeria | xxviij | ij |
| Secte | Sancte | viij | i | Precare | Peccare | xxix | ij |
| Dispositiōes | Disponēs | ix | i | Sugerenda | Fugiēda | xxix. | iij |
| Volunt | Nolunt | x | i | Est | Et | xxix | iij |
| Erude | Erinde | xl. vltia | | Officia | Officina | xxix | iij |
| Velut | Inualuit | xv | i | Proximi | Christi | xxix | iij |
| Calūniā | Columnā | xvi | i | Dānatu | Dominatu | xxix | vi. |
| Miserū | Miserrimi | xvi. | ij | Conuenit | Contrauenit | xxxi. | i |
| Quam | Quoniam | xx. | i | Contraria | Cōtrariat | xxxi | i |
| Vident | Videntur | xx | ij | Dicunt | Ducunt | xxxi | i |
| Populū | Plurimi | xx | ij | Fidelitate | Infidelitate | xxxi | i |
| | | | | Seuiens | Securus | vij | i |

In noie dni am. Prenosticon alloquens regnum polonie in hunc modum

O Regnum polonie inclitum et famosum. hortor et obsecro te. Expavesce furorem domini. cohibe. refrena et compesce te. et habitatores tuos in te. Aperi oculos tuos et vide super te iram dei et ulcionem eius in tenui et fragili filo pendente. Gladium enim suum vibravit deus, et arcum tetendit ut feriat te. nisi emendaveris te. Sidera instancia minantur orbi fere toto, furorem quoque domini pandunt venturum repentinum. Ut quod torpet

Omnes inhabitatores orbis. et qui obliviscimini deum
deum vestrum. Convertimini. ut convertat et ignoscat deus
et relinquat post se benedictionem. Nisi enim conversi fueritis
omnes simul peribitis. Apprehendite itaque disciplinam
ne irascatur dominus. et ne pereatis de via iusta. Cum
exarserit ira eius. beati omnes qui confidunt in eo
Nota sunt prophetie in presenti antiquitus parant in mundo peccata
Antiquitus etiam parat quod illis pena infligenda. Sine
tamen omni formidine homines peccant. Sic quod totus fere
mundus in maligno positus est. Omnes fere sunt ad omnia
mala declinaverunt. Omnes inutiles secum dei facti
sunt. Non est qui faciat bonum. Non est usque ad unum
Expavescant igitur timore horribili. universa regna
principatus. ducatus. dominia. Territoria et omnes
Christianorum provincie. Et precipue Regnum polonie
incolitum magis timeat. Cum scandala varia. novas
per enormitatum adinventiones. deo inter despectas
corporum et salutis nimium nocivas. que ad celum usque in
eo ubique fertilissime pullulant, puta superbie. luxurie,
Ebrietates nocive. Adulteria et incestus. oppressiones
pauperum. vindicta in celum clamantis. deceptiones. fraudes.
homicidia. Et peius divini cultus postergatio. verbi
dei despectio. magis fabularum dilectio. et hiis plura similia
et peiora. Et ne talia singula provocent iram dei re=
pente venientem. Timeat igitur. oro pie timeat
Regnum predictum. ne sibi abhorrenda forte eveniat (quod
absit) prout evenit (ut in quodam Regno de quo scriptum
legisse) in Romanorum gestis. Et in tantum stulta deve=
nit mutationem et devastationem. Et bonum in malum
et verum in falsum, forte in debile. iustum in iniustum est
mutatum, et totaliter per rabiem inimicorum destructum. Quod
Rex considerans et admirans. A quatuor philosophis sapientis=
simis. Causam destructionis sui regni quesivit dicens. O sa=
pientissimi viri. dicite michi. Cur meum regnum inclitum
in tantum malum devenit. Qui philosophi. post sanam delibe=
rationem ad quatuor portas civitatis pergentes quilibet eorum
tres causas in qualibet parte civitatis scripsit. Primus

Primus philosophus tres causas scripsit sic

Prima — Potencia est iniusta ideo terra sine lege

Secunda — Causa: dies est nox ideo terra sine via

Tercia — Effuga est in pugna ideo regnum sine honore

Declaracio. Serenissime rex in tuo regno tam domini barones capitanei duces iudices et advocati non iudicant secundum leges imperiales regales civiles nec spirituales. Iudicant secundum leges canonicas. Sed secundum potenciam divites. Ego dico quod iusticia sit mea potencia. Ideo serenissime rex tuum regnum perit. Secunda causa dies est nox. Ideo terra sine via. Serenissime rex in tuo regno illi qui deberent esse dies bonorum operum et bonorum exemplorum et virtutum ipsi sunt nox scandali et nox malorum et pessimorum operum tam domini milites cives et consules. Qui deberent esse dies sobrietatis et temperancie illi sunt soli bibuli lusores raptores luxuriosi avari etc. Sic et ecclesiastici presbiteri qui deberent esse dies virtutum et bone honestatis soli sunt oculus in scandalo per mala opera et mala exempla, et de aliis statibus multa mala audiuntur. Ideo tuum regnum a deo corrigetur. Tercia causa effuga est in pugna ideo regnum sine honore. Serenissime rex quamvis habes multos milites nobiles et proceres pedestres et equites tamen cum eos ad bellum congregasti interim sunt effeminati quod nondum hostes contra eos insurrexerunt nec eos invadunt et iam terga vertunt. Ideo fuga est in pugna. Ita ubi deberent vincere pugnare ipsi nemine persequente fugiunt. Ideo rex tuum regnum ab antiquo fuit famosum propter viros pugnantes nunc est sine honore et bona fama propter tuos milites vel viros multum effeminatos et timidos. Secundus philosophus etiam tres causas scripsit. Prima causa

1. Verum est dubium. Ideo regnum sine veritate

2. Amicus est inimicus. Ideo regnum sine fidelitate

3. Malum est bonum ideo terra sine pietate

Declaracio. Serenissime rex in tuo regno multi sunt homines iniqui fallaces deceptores qui aliud dicunt ore et aliud tenent in corde deceptio in vendicione et emcione. Serenissimus socius serenissimus dominus et ego filia

pacem et ego, vxor [illegible] rez et egi
neq alium decepit &c. Ideo clementissime rex deq tuum reg
porrit. quia unum est duo id est duplitas et fraus [illegible] tuo
regno duas et tuum regnum est sine veritate Se[illegible]
Causa dimicioss est \ inimicoss. Ideo regnum sine fraternitate
Clementissime rex in tuo regno ille qui est amicus est inimicus
n[illegible]a dando bonum consilium pro communi bono. efficitur inimicus illis
qui sunt communis boni et regni tui destructores et inimici Ideo
regnum tuum sine fidelitate boni consilii. Propter quod a deo permittitur
Tercia causa Malum est bonum Ideo terra sine pietate. Cle-
mentissime rex In tuo regno illud quod est manifeste malum
et tui regni destructio vocat multi bonum et virtuosum /
sic ebrietates superfluitas. ludos. adulteria vsu[ras]
rapinas &c vocat bona. Ideo terra sine pietate et mi-
sericordia dei. Contra dicit propheta Ve vobis qui dicitis ma-
lum bonum et bonum malum Tercius philosophus tres causas posuit
Prima. Rex habet hereticos Ideo regnum sine nomine
Clementissime rex in tuo regno sunt homines inimicati rebelles
[illegible] veteres. deo et senioribus inobedientes. Ideo
tuum regnum sine nomine bone fame et honestate censetur
Secunda causa Cupiditas est prelatus. Ideo regnum sine pecunia
Clementissime rex Communis tuum regnum inclitum est abundans
in diviciis. habes multas civitates. Castra villas. aurum
argentum et multa tributa, tamen omnia posita semper parata
bona sunt turcis et infidelibus. sibi plus thezaurizant
quam tibi rex tribuunt Ideo tuum regnum sine thezauro
et pecunia Tercia causa. Cozobola vult esse
aquila Ideo nulla discrecio in patria. Clementissime rex
In tuo regno tui subditi etiam pauperes in tanta super-
bia devenerunt quod Cozobola vult esse aquila et civis
vult esse ducissa. simplex laica vult esse nobilis
domina. Contra virgines ordine et maiestatis ultra
statum suum vestes et calciamenta curiosa deferunt super-
be et extente et denudato collo incedunt. Propter quod Juxta
prophete dictum. dominus decalvat per turcos. Tartaros
filias suas quas rapientes per collum in corde in capti-
vitate et servitute abducunt. Ideo in tuo regno rex
nulla discrecio in patria. Contra kmethones volunt esse
nobiles. mercatores pepla et [illegible] deferunt. Ideo de g
Quartus philosophus scripsit etiam tres causas
Prima / voluntas est consiliarius. Ideo terra male dispo[sita]

Biblioteka Jagiellońska
stdr0032879

Sacramus: Elucidarius. Kraków 1506